


Cod. Durlac. 38.

Anno ab urbe roma condita ſexcenteſimo nonageſimo .iii. ante uero dominicam in-
carnationis xp̄i. anno .xl. Gaius Iulius tunc primum gradu consulatus cum lucio bi-
bulo: dum contra germanorum gallorumque gentes qui reno tantum flumine diuime-

7 in ſubſequenti anno .v.: ſcilicet anno ab incarnatione dñi. m. c. l. xx
xix. 7 Ricardus filius eius ſucceſſit in regnum. kl. duo... v. Radulfus abbas
de Cup. cui ſucceſſit Adam.

Anno m° cc° octogesimo quarto xiiij kl. aprilis Alexander
rex ſcocie casu fortuito in nocte obiit apud kyngorn

Anno dñi m°. cc°. lxxxi. die ... ſoldanus de Babilonia
... poſuit ... ciuitate de Acon ... ubi perierunt ... p ...
... uſque ad lx. m. ... [illegible] ... ccc m. ... pe-

Anno domini m°. cc°. nonogeſimo. ſexto. iijdo. kl. aprilis. capta fuit uilla de
Berwic per regem anglie. et eadem die ad menſem finitum fuit bellum de Donbar.

Anno m° cc° lxxxx° ſeptimo bellum de Striuelyn per G. Walays die ſanctorum
Prothi et Jacincti

Anno m° cc° nonogeſimo octauo in feſto Magdalene bellum Varie Capelle
Anno m° ccc° ſecundo bellum de Roſlyn in feſto beati Mathie apostoli

MONACHI ANONYMI SCOTI
CHRONICON
ANGLO-SCOTICUM.

E

CODICE DURLACENSI

PRIMUM INTEGRUM EDIDIT

CAROLUS WILLELMUS BOUTERWEK.

ADIECTA EST TABULA LAPIDI INCISA.

ELBERFELDAE
IMPRESSIT SAM. LUCAS.
M. DCCC. LXIII.

Paucis abhinc annis, quum libros perlustrarem, qui Carlsruhae in Magni Ducis bibliotheca manu scripti extant, idque praecipue spectarem, ut, si quae illic essent scripta res medio aeuo in Anglia gestas adumbrantia, ea cognoscerem: animum in se conuertit membrana Durlacensis seculo duodecimo conscripta, quae in catalogo numero 38. et titulo Chronicorum Britannicorum notata erat. Quem librum, ubi primum sub oculos uenit, statim intellexi, ex *Bedae* historia ecclesiastica et ex *Florentii Wigorniensis* „Chronico ex Chronicis" excerpta continere. In eodem quum permulta inesse uiderem, quae ad Scotiae historiam pertinerent, hanc spem concepi, me Chronici scriptoris Scotici adhuc ignoti opus inuenisse. Quum uero domum redux ea, quae e libro Durlacensi raptim enotaueram, accuratius inspexissem, id quod uerum erat, animaduerti: iam anno M. DC. XCI. *Henricum Whartonium* maximam eius, qui in manibus erat, chronici partem, in primo tomo operis sui, quod sub titulo Angliae Sacrae in lucem edidit, typis excudendam curauisse, ita tamen, ut illud ipsum nomine Chronici *Coenobii Sanctae Crucis Edinburgensis* inscriberet. Qua de re in libri praefatione haec ille fere dicit: „Subieci monumenta quaedam antiqua, quae calculum seu sententiam a nobis superius positam confirmant. Primum in his locum tenet Chronicon breue, quod ad calcem historiae Hugonis Floriacensis manu perantiqua scriptum inueni in bibliotheca *Lambethana*. Prima eius pars sc. ad annum DCC. XXXIIII. ex Bedae historia et epitome uerbatim desumpta est, additis duntaxat annorum nu-

meris, qui apud Bedam plerumque desiderantur. Pars posterior, ab anno M. LXV. ad M. C. LXIII. de rebus Scotorum praesertim agit; ut Scotum quendam auctorem habuisse merito quis suspicetur. *Eundem Coenobii S. Crucis Edinburgensis monachum fuisse, indigitant quae de isto Coenobio eiusque praepositis uberius narrantur.*"

Iam uero hunc Lambethanum codicem mutilum esse, eo apparet, quod sub anno M. C. LXIII. hisce uerbis: *Henricus, rex Angliae, pacatis transmarinis partibus,* ita desinit, ut sententia ad finem non perducatur. Attamen, huius rei ratione non habita, Societas illa litterata Edinburgensis, quae *Bannatyne Club* dicebatur, anno M. DCCC. XXVIII., quo tempore *Walterus Scottus* ipsi praeerat, operâ *Roberti Pitcairnii* Lambethanum, adiecta ea parte, quam Whartonius omiserat, denuo publicauit, praefixo instrumento publico, quo monasterium S. Crucis (*Holyrood*) fundatum est, quod dubito num genuinum sit. *Pitcairnius* titulum libri a *Whartonio* excogitatum „Chronicon Coenobii Sanctae Crucis Edinburgensis" retinuit, adiunctis his uerbis: „iterum *in lucem* editum;" sed potius, ut uerum dicam, sub modio, ut est in libris sacris, posuit. Nam tantum abest, ut societatis illius, quam supra nominauimus, leges bonis litteris ueraeque eruditioni fuerint emolumento atque commodo, ut nonnisi tot librorum exempla typis excudi iusserit societas quot sibi adscriptos haberet socios. Anno autem M. DCCC. XXVIII. numerus nonagenarius non complebatur. Eidem legi arbitrariae et ipsae addictae sunt societates Roxburghensis et Maitlandiana, quo instituto nemo est quin uideat bibliomanorum quidem, quos uocant, incitari atque augeri cohortem, moram uero et impedimenta afferri iis, qui, in sodalitium earum non recepti, antiquitatis memoriam accuratius perscrutandam sibi proposuerint. Forte igitur, ut ita dicam, accidit, ut huius editionis inspiciendae copia mihi fieret in museo Britannico, cui exemplum eius ab

ipso *Pitcairnio* dono datum est. Postea uero mira quadam *Iacobi Y. Simpsonii*, medicinae professoris Edinburgensis celeberrimi, beneuolentia mihi quoque exemplum libri Pitcairniani obuenit. Quem quum accuratius inspicerem, cognoui, nihil aliud nisi codicis Lambethani ab *Henric. Petrieo* correctum apographum typis reddere. *Petrieus* autem, qui Monumenta historiae Britannicae indefesso per quinque lustra labore congessit, sed priusquam ederentur, supremum diem obiit, codicem Lambethanum ita describit: „Liber Lambethanus, numero 440. signatus, qui Chronicon continet a Whartonio dictum Sanctae Crucis, forma est quaternaria minore; in folio secundo extant a XIII. seculi manu scripta haec uerba: *Liber Sanctae Mariae de Sancto Seruano, ex dono Willielmi, filii Dunecani, quondam personae ipsius ecclesiae.* Incipit autem Chronicon, cui uetus titulus inscriptus non est, in folio CXXII.: totum sec. XII. uidetur conscriptum, litterae tamen, quamquam eiusdem formae sunt, sub finem, ubi manuscriptum mutilum est, paulo latiores fiunt.“ Codex Durlacensis ipse quoque trans fretum ortus esse uidetur et cum Lambethano ad uerbum concinit, ut tamen, quae desiderantur in illo, in ipso integra legantur. Unde uero Durlacum translatus fuerit, an e coenobio aliquo monachorum Scotorum Germaniae, an ex Anglia eo tempore, quum monasteria deuastabantur, a profugis in continentem asportatus, ne augurari quidem licet. Id tantum constat, quae in paginis 47. et 48. nostrae editionis leguntur, ea diuerso tempore et a diuersis scriptoribus addita esse, quum primitiuus codex ab eadem manu seculi XII. exaratus sit.

Continet liber Durlacensis in primis XI. foliis, et in duodecimi pagina aduersa, chronicon nostrum a manu nitida et aequali, cuius specimen in tabula lapidi incisa proponimus, ita conscriptum, ut singulae paginae uicenorum senorum uersuum sint. Describuntur autem res

gestae usque ad annum M. C. LXXXIX. Itaque, quum XXVI. annorum enarratione superet codicem Lambethanum, operae pretium uisum est, hoc chronicon, quod ad Angliae et Scotiae historiam cognoscendam non parui momenti sit, denuo tractare et annotationibus instructum edere. Adiectum est in extrema folii duodecimi pagina aduersa id, quod in editionis nostrae p. 47. impressimus et in tabula delineauimus, de morte Alexandri III., Scotiae regis, a XIII. siue XIIII. seculi manu annotatum.

Ad annum usque M. LXXI. librarius, singulorum res annorum ut maiore dispesceret interuallo, in nouo quoque anno describendo nouo uersu exorsus est, sequentia continua scriptura exarauit; per totum autem librum initiales singularum particularum litteras aut rubro aut uiridi colore depinxit.

Sequitur in folii XII. pagina auersa et parte folii XIII. paginae aduersae a librario XIIII. siue XV. seculi ex maiore aliquo, ut uidetur, opere transscriptum, paruis litteris iisque difficilibus lectu, fragmentum de expeditionibus quibusdam a sodano anno M. CC. LXVI. susceptis; quod exscriptum habeo a *Willelmo Crecelio*, collega gymnasii Elberfeldani, amico multis nominibus mihi colendo, quique, qua est comitate, etiam Lambethani apographum cum Durlacensi codice contulit. Incipit fragmentum ita: „Anno Domini M. CC. LXVI. die Mercurii, secunda die mensis Iulii, Sodanus de Babilonia sedem suam posuit ante ciuitatem de Acon et tenuit ibi partem hostis sui per quindecim(?) dies, usque ad CC. M. uiros, cum armis et equitaturis, et CCCC. M. uiros peditum;“ cf. specimen scripturae quartum. Concluditur uerbis hisce: „et haec confusio Christianorum facta fuit fere per duas leugas extra ciuitatem de Acon.“

Hoc fragmentum in proxima pagina excipiunt a manu uel ipsa quoque XV. seculi uel proxime antecedentis litteris magnis iisdemque rudioribus exaratae

notationes illae rerum quarundam memorabiliorum in Scotia inde ab anno M. CC. XCVI. ad annum M. CCC. LV. gestarum, quas infra pp. 47. et 48. describendas curauimus.

Codicem, recentiore aetate, communi tegumento membranaceo cum aliis pluribus libris, quorum pars minoris formae est, conglutinauerunt.

In rebus et componendis et digerendis eandem fere huius chronici auctor, quam ceteri medii aeui *χρονογράφοι* monachi, legem sequitur, ut, priorum operibus ad uerbum in suum usum conuersis, quae ipsius tempore gesta sint paucis addat. Tali autem scriptori quid propositum fuerit officii, dilucide declarat *Geruasius Dorobernensis,* qui circa annum M. CC. floruit. „Chronicus enim, inquit, annos incarnationis Domini, annorumque menses computat et Kalendas, acta etiam regum et principum, quae in ipsis eueniunt, breuiter edocet, euentus etiam, portenta uel miracula commemorat“ cet. Idem Geruasius plurimum interesse dicit inter rerum scriptorem et chronicum, reprehendens quorundam chronicorum ambitionem, qui, quum rerum scriptores sese profiterentur, inani uerborum magnificentia res ipsas deprauarent. Haec igitur considerantes, si de nostri chronici auctore iudicium ferre conamur, dignus laude uidebitur, quum propter res diligenter et prudenter relatas, tum quod in priore operis parte usque ad annum DCC. XXXIIII. *Bedae* historiam ecclesiasticam eiusdemque chronicon perite excerpsit, intersertis singulis quibusdam rebus, quas unde desumserit non omnibus locis indagare potuimus. In horum numero sunt ea, quae sub anno XLV. de rebus a Sancto Martiale, episcopo Limouacensi, gestis memoriae prodit, quae apud Bedam non leguntur. Qua de re coniecturam facere licebit, inter hunc sanctum uirum et chronici monasterium aliquam intercessisse rationem. Constat autem in comitatu Scotiae, qui Angus nominatur,

cellas fuisse Burdigalenses, fortasse etiam Lemouicenses. Itaque iure aliquis concluserit, monachum Scotum, qui nostrum chronicon composuit, in cella a monasterio quodam Galliae meridionalis fundata uixisse et propter hanc ipsam causam traditionem istam de S. Martiale in opus suum recepisse. Iam si rationem habemus earum rerum, quas de Praemonstratensium monasterio Cupri, in comitatu Angus, condito eiusque primo refert abbate (cf. praesertim pp. 41. et 43.), uix dubium esse potest, quin huius fuerit coenobii inquilinus, idque nescio an cum monasterio quodam Galliae meridionalis arctiore uinculo coniunctum fuisse suspicari liceat. Illud uero, quod Whartonius, qui hosce chronici locos non nouerat, contendit, in coenobio Sanctae Crucis Edinburgensis eum uitam degisse, certo argumento non nititur. Ceterum in armario Cuprensis coenobii historiam translationis Sancti *Cuthberti* fuisse asseruatam, inde iure colligitur, quod ipsa eius uerba transscribuntur p. 26 sq.

Opus lacuna laborat CCC. XXXI. annorum, scilicet ab anno DCC. XXXIIII. ad annum M. LXV. Unde efficitur, auctorem uetustissimos chronicos, qui post Bedam scripserunt, ipsumque chronicon Saxonicum cognitum non habuisse. Ab anno M. LXV. quum alios chronicorum scriptores, tum uero chronicon Mailrosense sequitur, ita tamen, ut suum retineat iudicium.

Addo, auctorem XIII. siue exeuntis XII. seculi fuisse, inde apparere, quod in nominibus propriis scribendis, praesertim Nordanhymbrorum, haud raro, secundum seculi illius consuetudinem, litterarum aspirationem ad arbitrium modo seruauerit, modo omiserit, nusquam autem nordanhymbricis formis, quales sunt apud Bedam, accurate usus sit. Quod ex nominum propriorum, quem submisimus, indice licet intelligere.

Index nominum propriorum.

Monachi anonymi Scoti Chronicon Anglo-Scoticum.

Anno ab urbe Roma condita sexcentesimo nonagesimo tertio,[1] ante uero Dominicae incarnationis tempus anno sexagesimo,[2] Gaius Iulius functus gradu consulatus cum Lucio Bibulo,[3] dum contra Germanorum Gallorumque gentes, qui Rheno tantum flumine dirimebantur, bellum gereret, uenit ad Morinos,[4] unde in Britanniam proximus et breuissimus transitus est, et nauibus onerariis atque actuariis circiter octoginta praeparatis in Britanniam transuehitur. Ubi acerba primum pugna fatigatus, deinde aduersa tempestate correptus, plurimam classis partem et non paruum numerum militum, equitum uero paene omnem, disperdidit.[5] Regressus[6] in Galliam [legiones in hiberna dimisit] ac sexcentas naues [utriusque commodi] fieri imperauit. Quibus iterum in Britanniam primo uere transuectus, dum ipse in hostem cum exercitu pergit, naues in ancoris stantes tempestate correptae uel collisae inter se, uel arenis illisae ac dissolutae sunt. Ex quibus quadraginta perierunt, ceterae cum magna difficultate reparatae sunt. Caesaris equitatus primo congressu a Britannis uictus,[7] [ibique Labienus[8] tribunus occisus est]. Secundo proelio cum magno suorum discrimine[9] uictos Britannos in fugam uertit. Interea Trinouantum firmissima ciuitas,[10] cum Androgio[11] duce, datis quadraginta obsidibus, Caesari sese dedit.[12] Quod exemplum secutae urbes aliae complures in foedus Romanorum uenerunt.[13]

U. C. 693. A. D. N. 60. Iulius. 26. Aug. 55. 30. Aug. mense Maio 54.

---

[1] nonagesimo tertio] V. *Bedae* hist. eccl. 1, 2. et *Oros.* hist. 6, 7.

[2] sexagesimo] XL. *cod.*

[3] Lucio Bibulo] non Lucio, sed M. Calpurnio Bibulo.

[4] Morinos] Morianos *cod.*

[5] disperdidit] dispersit *cod.*

[6] regressus] regressusque *cod.* uerba hoc loco et deinceps uncis inclusa e *Bedae* hist. eccl. adieci.

[7] a Britannis uictus] uictus a Britannis *cod.*

[8] Labienus] potius Q. Laberius Durus, tribunus militum. *Caes.* 5, 15.

[9] suorum discrimine] discrimine suorum *cod.*

[10] Trinouantum ciuitas] i. e. Lundonia.

[11] Androgio] Androgorio *Oros.* Mandubracio, filio Immanuentii *Caes.* 5, 20.

[12] dedit] dedidit *Oros.*

[13] uenerunt] monachus de suo addit: *et illis sic victis stipendiarios fecit.*

U. C. 752. Anno ab urbe condita septingentesimo quinquagesimo secundo A. D. 1. Christus nascitur in Bethleem Iudae, anno Octauiani Caesaris Augustus. Augusti quadragesimo secundo, Olympiadis uero centesimae nonagesimae [1] [quartae anno] tertio, pax orbi in aduentu uerae pacis [2] nunciatur. His diebus in Roma, trans Tiberim, de taberna meritoria fons olei e terra exundauit [3] ac per totum diem largissimo riuo fluxit, significans ex gentibus Christi gratiam. Tunc etiam circulus ad speciem coelestis arcus circa solem apparuit. [4] Imperauit autem Octauianus Augustus L. et VI. annis.

A. 30. Anno ab incarnatione Domini tricesimo, [5] imperii autem Tiberius. Tiberii Caesaris quinto decimo, idem Dominus noster Ihesus Christus praedicationis suae sumpsit initium. Octauo quoque et decimo [6] praefati imperatoris anno Ihesus Christus, filius Dei, pro nobis sese morti offerens crucifixus est. Imperauit autem Tiberius uiginti et tribus annis.

A. 43. Anno ab incarnatione Domini quadragesimo tertio, [7] ab urbe Claudius. uero condita septingentesimo nonagesimo octauo, [8] Claudius, imperator ab Augusto quartus, cupiens utilem se rei publicae ostentare principem, bellum ubique et uictoriam undecumque quaesiuit. Itaque expeditionem in Britanniam mouit, quae excitata in tumultum propter non redhibitos [9] transfugas uidebatur, transuectusque [10] in insulam est, quam neque ante Iulium Caesarem, neque post eum, quisquam adire ausus fuerat. Ibi, [11] sine ullo proelio ac sanguine, intra paucissimos dies, plurimam insulae partem in deditionem recepit. Orcadas [12] etiam insulas, ultra Britanniam in oceano [13] positas, Romano adiecit imperio ac sexto

---

[1] centesimae nonagesimae] centesimo nonagesimo *cod.*

[2] in aduentu uerae pacis] V. *homil. de nat. dn̄i* 1, 33.: Witodlice on swa micelre sibbe wæs C r i s t acenned, seðe is ure sib, forðan ðe he geþeodde englas ⁊ men to anum hirede þurh his menniscnysse. *Hieron.* opera ed. Migne 4, 34.: *Orto Salvatore, omnia bella cessaverunt.*

[3] fons olei exundauit] Ex *Oros.* 6, 18. cf. 6, 20.

[4] apparuit] V. *Oros.* 6, 20. cf. *Dextri Chron.* ed. Migne col. 58.

[5] tricesimo] *Chron. Bedae* anno 30. *Mm.* p. 130. A. D. 29. *Orderic.* 1, 23.

[6] decimo] *Chron. B.* anno 33. *Mm.* A. D. 32.

[7] quadragesimo tertio] V. *B. h. e.* 1, 3. *Oros.* 7, 6. A. U. C. 795. *Zumpt* p. Chr. 44. item *Mm. Chron.* p. 115. n. 1.

[8] octauo] quinto *Oros.*

[9] redhibitos] redibitos *cod.* redditos *B. Var. Lect.* Suetonius nominat Adminium, *Caligula* 44; Dio Bericum. *lib. LX. Sm.*

[10] transuectusque] et transuectus *cod.*

[11] ibi] ibique *B.* ibique, ut uerbis Suetonii Tranquilli loquar . . *Oros.*

[12] Orcadas] Orchadas *cod.*

[13] oceano] occeano *cod.*

quam profectus erat mense Romam rediit.[1] Quo etiam anno fames grauissima per Syriam facta est, quae in Actibus[2] apostolorum per prophetam Agabum praedicta esse memoratur. A. 41.

Anno ab incarnatione Domini quadragesimo quinto misit beatus Petrus apostolus Galliam sanctum Martialem[3] episcopum et alios diuini uerbi ministros, qui genti Francorum uerbum Dei euangelizarent. A. 45. S. Martialis.

Anno ab incarnatione Domini centesimo quinquagesimo sexto[4] Marcus Antoninus Uerus, quartus decimus ab Augusto, regnum cum Aurelio Commodo[5] fratre suscepit. Quorum temporibus, cum Eleutherus,[6] uir sanctus, pontificatui Romanae ecclesiae praeesset, misit ad eum Lucius[7] Britannorum rex epistolam, obsecrans, ut per eius mandatum Christianus efficeretur, et mox effectum piae postulationis consecutus est, susceptamque fidem Britanni, usque in tempora Diocletiani principis, inuiolatam integramque [in] pace seruabant. A. 156. M. Ant. Uerus et Aurel. Commodus. Eleutherus P. Lucius R.

Anno ab incarnatione Domini centesimo octogesimo nono[8] Seuerus septimus decimus ab Augusto imperium adeptus decem et septem annis tenuit. Hic natura saeuus, multis semper bellis lacessitus,[9] fortissime quidem rem publicam, sed laboriosissime, rexit. Uictor ergo ciuilium bellorum, quae ei grauissima occurrerant, in Britannias defectu paene omnium sociorum trahitur, ubi, magnis grauibusque proeliis saepe[10] gestis, receptam partem A. 189. Seuerus. A. 208.

---

[1] rediit] A. 42. *Mm.* p. 130. *Beda* adiungit: filioque suo Britannici nomen imposuit. Hoc autem bellum quarto imperii sui anno compleuit, qui est annus ab incarnatione Domini quadragesimus sextus; quo etiam anno cet.

[2] in Actibus] Act. 11, 28.

[3] Martialem] de Martiale, episcopo Lemouicensi, v. *Gregor. Turon.* de Gloria episcoporum cp. 27. *Order.* ed. Migne col. 185 sqq. *Bedae* Martyrol. ed. Smith p. 388. „In pace quieuit pridie Kalendas Iulii, anno a passione Domini 74, Uespasiani uero Augusti anno 3, episcopatus autem sui 28. Qui et Lemouicae quiescit et multis uirtutibus et signis claret.“ *Pet. de Natalibus* Catalogus Sanctorum 6, 30.

[4] sexto] quinto *cod.* V. *B. h. e.* 1, 4. *Oros.* 7, 15. et *B. Recapil.* anno 167.

[5] Aurelio Commodo] anno 176. *Mm.*

[6] Eleutherus] Eleuther *cod.* Eleutherius *B. Var. Lect.* Sedit ab anno 177 ad annum 190. *Jaffé* Regesta pontificum Rom. XIV. S. Eleutherus anno 171 ad 185. *Laemmer* Euseb. p. 887.

[7] Lucius] „Lucius, agnomine *Leuer maur,* id est 'magni splendoris', propter fidem, quae in eius tempore uenit“ *Hist. Brit. Galfr. Monm.* 4, 19. 20. *Gildas* p. 42. §. 22. *Cdm.* p. XII sqq. Sub hoc *rege* Lucio *consulem Olybrium* latere, sibi persuadet *Dan. H. Haigh* (The conquest of Britain by the Saxons p. 329 sq.).

[8] octogesimo nono] V. *B. h. e.* 1, 5. *Oros.* 7, 17. anno 193. *Mm.* chronol. p. 116. n.

[9] lacessitus] lassessitus *cod.*

[10] saepe] hanc uocem omittit *cod.*

insulae a ceteris indomitis gentibus. [non muro, ut quidam aestimant, sed uallo distinguendam putauit Itaque] magnam fossam firmissimumque uallum, crebris insuper turribus communitum. a mari usque ad mare duxit ibique apud Eboracum oppi-

A. 211. Bassianus et Geta. dum morbo obiit. Reliquit[1] duos filios, Bassianum[2] et Getam. quorum Geta [hostis] publicus iudicatus interiit. Bassianus, Antonini[3] cognomine assumpto, regno potitus est.

A. 286. Dioclet. et Maximian. Anno ab incarnatione Domini ducentesimo octogesimo sexto[4] Diocletianus,[5] tricesimus tertius ab Augusto, imperator ab exercitu electus, annis uiginti fuit Maximianumque, cognomento Hercu-

A. 286. Herculius. lium,[6] socium creauit imperii. Diocletianus autem in oriente, Maximianus uero Herculius[7] in occidente, uastari ecclesias, af-

A. 304. Persecutio decima. fligi interfici[que] Christianos, decimo post Neronem loco, praeceperunt; quae persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem annos, incendiis ecclesiarum, proscriptionibus innocentum, caedibus martyrum, incessabiliter acta[8] est.

A. 378. Gratianus. Anno ab incarnatione Domini trecentesimo septuagesimo octauo,[9] Gratianus, quadragesimus ab Augusto, post mortem Ualentis,[10] sex annis imperium tenuit; quamuis iam dudum antea cum patruo Ualente et cum Ualentiniano fratre regnaret.

A. 381. Maximus. Anno ab incarnatione Domini trecentesimo octogesimo primo,[11] Maximus,[12] in Britannia creatus imperator, in Galliam transiit

A. 385. et Gratianum interfecit.

A 394. Arcadius et Honorius. Anno ab incarnatione Domini trecentesimo nonagesimo IIII.,[13] Arcadius,[14] filius Theodosii, cum fratre suo Honorio, quadragesimus tertius ab Augusto regnum suscipiens tenuit annis

A. 400. Pelagius. tredecim. Cuius temporibus Pelagius Brito[15] contra auxilium gratiae supernae uenena suae perfidiae longe lateque dispersit.

---

[1] reliquit] V. *Mm.* 210.

[2] Bassianum] Bassionem *cod.*

[3] Antonini] Antonii *cod.*

[4] octogesimo sexto] V. *B. h. e.* 1, 6. *Oros.* 7, 25. anno 284. *Mm.* chronol. p. 116. n.

[5] Diocletianus] anno 284. (*Mm.* et *Zumpt* p. 175.) milites C. Aurel. Valerium *Diocletianum* Chalcedone a. d. 15. Kal. Octbr. imperatorem creant.

[6] Herculium] anno 286. *Mm. Maximianum* (Herculium) uictis Bagaudis, *Diocletianus*, securitatis publicae causa, *Kal. April.* Nicomediae Augustum declarat. *Zumpt* p. 176.

[7] Herculius] Hercuł *cod.*

[8] acta] aucta *cod.*

[9] octauo] septimo *B.* l. c.

[10] Ualentis] anno 378. *Mm. Z. B.*

[11] octogesimo primo] anno 383. *Mm. Z.*

[12] Maximus] *B. h. e.* 1, 9.

[13] quarto] *B. h. e.* 1, 10. anno 395. *Mm. Z.*

[14] Arcadius] Archadius *cod.*

[15] Brito] Brecto *cod.* anno 400. *Mm.*

Anno ab incarnatione Domini quadringentesimo nono,[1] fracta est Roma[2] a Gothis, anno millesimo centesimo sexagesimo IIII.[3] suae conditionis, ex quo tempore Romani in Britannia regnare cessarunt, post annos ferme quadringentos septuaginta,[4] ex quo Gaius Iulius Caesar eandem insulam adiit. A. 409. Roma fracta.

Anno CCCC. XXIII.[5] Theodosius iunior post Honorium XLV. ab Augusto regnum suscipiens XXVI. annis tenuit; cuius anno imperii VIII. Palladius[6] ad Scottos in Christum credentes a pontifice Romanae ecclesiae Caelestino primus mittitur episcopus. A. 423. Theodosius II. A. 430. Palladius.

Anno CCCC. XLIX.[7] Martianus cum Ualentiniano XLVI. ab Augusto regnum adeptus septem annis tenuit. Tunc Anglorum siue Saxonum gens, inuitata a Uortigirno[8] rege Britanniae, tribus longis nauibus aduehitur et in orientali parte insulae, iubente eodem rege, locum manendi, quasi pro patria pugnatura, re autem uera hanc expugnatura, suscipit.[9] Aduenerant autem de tribus Germaniae populis fortioribus, id est Saxonibus, Anglis, Wigtis.[10] De Wightarum[11] origine sunt Cantuarii et Wightuarii,[12] haec est ea gens,[13] quae Uectam tenet insulam. De Saxonibus uenerunt orientales Saxones, meridiani Saxones, occidui Saxones. Porro de Anglis orientales[14] Angli, mediterranei Angli, Merci, tota Northanhimbrorum[15] progenies ceterique Anglorum populi[16] sunt orti. Duces fuisse perhibentur eorum primi duo[17] fratres Hengist et Horsa.[18] Erant autem hi duo fratres filii Wicchgilsi,[19] cuius pater Witta,[20] cuius pater Weechta.[21] A. 449. Marcianus. Anglorum s. Saxonum aduentus. Uortigirn. Hengist et Horsa.

---

[1] nono] *B. h. e.* 1, 11. anno 409. *Mm.* chronol. p. 115. n. anno 410. U. C. IX. Kal. Septbr. 1163.

[2] est Roma] ē roma Roma *cod.*

[3] quarto] secundo *Mm.* l. c. cf. *Mm.* chronol. p. 116.

[4] septuaginta] Cf. *B.* 2, 23. et p. 284.

[5] CCCC. XXIII.] CCCC. XXIIII. *cod.* et *B. h. e.* 1, 13.

[6] Palladius] Paladius *cod.*

[7] CCCC. XLIX.] anno 450. *Mm.* et *Z.*

[8] Uortigirno] Uurtigirno *B. h. e.* 1, 14. Annum aduentus Saxonum in Britanniam, a Gilda, ut uidetur, inductus male posuit *Beda.* V. *Lappenberg* 1, 60. 73. n. *Mm.* 60. n. 3. *Mm.* chronol. 104. n. 7. et 116. n. 1. *Haigh* Conq. p. 174. et alibi. Cf. *Nenn.* Mm. p. 62. ed. St. Marté p. 69.

[9] suscipit] suscepit *cod.*

[10] Wigtis] Iutis *B.* Uitis *B. V. L.*

[11] Wightarum] Iutarum *B.* Uitarum *B. V. L.*

[12] Wightuarii] Uictuarii *B.* Uectuarii *B. V. L.*

[13] ea gens] om. *cod.* V. *Chron. Sax.* 1, 38. *Haigh* Conq. p. 130 sqq. et 134.

[14] orientales] uenerunt orientales *cod.*

[15] Northanhimbrorum] Nordanhymbrorum *B.*

[16] Anglorum populi] populi Anglorum *cod.*

[17] duo] uero *cod.*

[18] Hengist et Horsa] *Flor.* 1, 248. anno 455. *Mm.* anno 428. *Haigh* Conq. p. 19. 127. et 173 sq.

[19] Wicchgilsi] Uictgilsi *B.*

[20] Witta] Wecta *Haigh* Conq. p. 142. Uitta *B.*

[21] Weechta] Uecta *B.*

cuius pater Woden,[1] de cuius stirpe multarum prouinciarum regium genus[2] originem duxit.[3]

A. 538. Anno D. XXXVIII. eclipsis[4] solis facta est XIIII. Kł.
16. Febr. Martii,[5] ab hora[6] prima usque ad tertiam.

A. 540. Anno D. XL. iterum facta est eclipsis[7] solis XII. Kł. Iulii;
20. Iunii. et apparuerunt stellae paene hora dimidia, ab hora diei tertia forte usque ad VI.[8]

A. 547. Anno D. XLVII. Ida[9] regnare coepit, a quo regalis Nor-
Ida. tanhimbrorum[10] prosapia originem tenet, et XII. annis in regno permansit.

A. 565. Anno D. LXV. Columba[11] pater de Hibernia[12] uenit Britan-
Columba. niam ad docendos Pictos,[13] et in Hii[14] insula monasterium fecit.

A. 582. Anno D. LXXXII.[15] Mauricius[16] ab Augusto LIIII. im-
Mauricius imp. perium suscipiens XXI.[17] annis tenuit. Cuius anno regni X.,[18]
A. 592. Gregorius M. papa. Gregorius, uir doctrina et actione praecipuus, pontificatum Romanae[19] et apostolicae sedis sortitus, rexit annis XIII. et mensibus VI. et diebus X.

A. 596. Anno D. XCVI.[20] Gregorius papa, diuino ammonitus instinctu, anno XIIII. praefati principis, aduentus uero Anglorum
Augustinus. in Britanniam anno circiter C. L., misit seruum Dei Augustinum, et alios plures[21] cum eo monachos timentes Deum, praedicare uerbum Dei genti Anglorum.

A. 597. Anno D. XCVII.[22] uenerunt Britanniam praefati doctores, qui fuit annus[23] C. L. aduentus [Anglorum in] Britanniam.

---

[1] Woden] Uoden *B.* V. *Haigh* Conq. p. 121 sq.

[2] regium genus] regnum genus *cod.*

[3] originem duxit] *Haigh* Conq. p. 121.

[4] eclipsis] E *Recapitulatione Bedae. Mm.* p. 284. E. n. e. *Roger de Wendover* anno 539.

[5] Martii] Ianuariarum *cod.*

[6] ab hora] ab ora *cod.*

[7] eclipsis] *Recapit. Bedae. Mm.* 285. A.

[8] usque ad sextam] haec monachus de suo adiecit.

[9] Ida] E *Recapit. Mm.* p. 285. *Rog. de Wend.* anno 548.

[10] Nortanhimbrorum.] Nordanhymbrorum *B.*

[11] D. LXV. Columba] *B. Recapitul.* D. LXII. *B. V. L.* Cf. *B. h. e.* 3, 4. *Mm.* p. 285. *Rog. de Wend.* anno 566.

[12] Hibernia] Ybernia *cod.*

[13] Pictos] pictos pictos *cod.* pictus Pictos *Lamb.*

[14] in Hii] in insula Hii *B.* in Inhi insula *cod.*

[15] D. LXXXII.] *B. h. e.* 1, 23.

[16] Mauricius] Mauritius *cod.*

[17] XXI.] et uno *B.*

[18] X.] Gregorius electus est anno 590. V. *Jaffé* p. 92.

[19] Romanae] Romae *cod.*

[20] D. XCVI.] *B. h. e.* 1, 23. *Mm.* p. 119. C. D. anno 597. *Haigh* AS. Sagas p. 170.

[21] alios plures] Cf. *B. h. e.* 1, 25.

[22] D. XCVII.] V. *B. Recapit. Mm.* p. 285. Cf. *B. h. e.* 1, 25.

[23] annus] annus plus minus *B. Recapitulatione.*

Anno DC. I.[1] misit papa Gregorius pallium Britanniam Augustino, iam facto episcopo, et plures uerbi ministros; in quibus[2] primi et praecipui erant Mellitus, Iustus, Paulinus, Rufinianus. A. 601. Mellitus, Iustus Paulin., Rufinian.

Anno DC. III.[3] Edan,[4] rex Scottorum, qui Britanniam inhabitant,[5] uenit contra Ælfridum,[6] Northanhimbrorum[7] regem, cum immenso ac forti exercitu; sed cum paucis uictus aufugit.[8] Siquidem in loco celeberrimo, qui dicitur Dexastan,[9] id est Dexa[10] lapis, omnis paene eius est caesus exercitus.[11] Quod uidelicet[12] bellum Ælfridus anno XI. regni sui perfecit, porro anno Focatis, qui tunc Romani regni apicem tenebat, primo. Regnauit autem praefatus Ælfridus rex XXIIII. annis. A. 603. Ædan. Ædilfrid. pugna ad Degsastan. Focas.

Anno DC. IIII.[13] orientales Saxones fidem Christi percipiunt, sub rege Sigeberto,[14] antistite Mellito. Ordinauit[15] Sanctus Augustinus duos episcopos, Mellitum et Iustum: Mellitum ad praedicandum prouinciae orientalium Saxonum, quorum metropolis Lundonia ciuitas est; Iustum uero in ipsa Cantia ordinauit, in ciuitate, quae Rouescestria[16] cognominatur. Eodem tempore defunctus est[17] Deo dilectus pater Augustinus, VII. Kł. Iunii, A. 604. Saberct. Augustinus moritur 26. Mai.

---

[1] DC. I.] V. *B. Recapit. Mm.* p. 285. Cf. *B. h. e.* 1, 29. *Mm.* 140. et ind.

[2] in quibus] in quibus et Paulinum. *B. Recapit.* l. c.

[3] DC. III.] V. *B. h. e.* 1, 34. *Recap. Mm.* 285.: DC. III. pugnatum ad Degsastanae. *Huntingd.* in *Haigh* AS. Sagas 171.

[4] Edan] Ædan *B.*

[5] inhabitant] inhabitabant *cod.*

[6] Ælfridum] Ædilfrid *B.*

[7] Northanhimbrorum] Nortamhimbrorum *cod.*

[8] uictus aufugit] aufugit uictus *B.*

[9] Dexastan] Degsastan *B.*

[10] Dexa] Degsa *B.* hodie *Dalston,* iuxta Carliolum.

[11] exercitus] *B.* addit: in qua etiam pugna Theodbald, frater Ædilfridi, cum omni illo, quem ipse ducebat, exercitu, peremtus est.

[12] quod uidelicet] V. *Chron. Sax. Low's* hist. of Scotland p. 113. *Aidan* obiit anno 605. secundum Annal. Ulster. V. Low l. c. 113. 114. n.

[13] DC. IIII.] V. *B. Recapit. Mm.* p. 285. *Flor.* 1, 11.

[14] Sigeberto] Sabercto *B.* under Sæbrihte cinge ⁊ Mellite bisceope *Chron. Sax.*

[15] ordinauit] V. *Rog. de Wend.* 1, 105.: „Eodem anno in ciuitate Londoniarum idem Augustinus Mellitum pontificem consecrauit, sicque urbis Londoniensis, quae semper temporibus Britannorum archiepiscopum habuerat, dignitas nunc ad Doroberniam translata est, ut Merlini uaticinium impleretur dicentis 'Delebitur religio in insula, et transmutatio primarum sedium fiet; dignitas Londoniae adornabit Doroberniam' et cetera." Cf. epist. a Gregorio P. ad Augustinum datam *B. h. e.*, 29.

[16] Rouescestria] Rouesciestre ap. *K.* 1, 45. Hrofeceaster *Flor.* Hrofescester *Onom.* MS.

[17] defunctus est] Annus, quo Augustinus obiit, apud *Bedam* (*h. e.* 2, 3. *Mm.* p. 152.) non exstat. Inde uariant auctores. *Chron. Sax.* 1, 38. n. 4. *cod.* Dom. A. VIII. notat mortem Augustini

Ethilberto rege regnante.[1] Successit[2] Augustino in episcopatu Laurentius, quem ipse idcirco adhuc uiuens ordinauerat, ne, se defuncto, status ecclesiae tam rudis uel ad horam destitutus uacillare inciperet.

A. 605. Anno DC. V.[3] beatus papa Gregorius, postquam Romae[4]
Gregorius P. moritur. sedem apostolicae ecclesiae XIII. annos, menses VI., dies[5] X. gloriosissime[6] rexit, defunctus est atque ad aeternam regni coelestis sedem translatus. Rexit[7] autem ecclesiam temporibus imperatorum Mauricii et Focatis; secundo autem eiusdem Focatis anno transiit ex hac uita.

A. 616. Anno DC. XVI.,[8] qui est annus XX. primus, ex quo Augustinus cum sociis ad praedicandum genti Anglorum missus est,
Æthilberti obitus. Æthilbertus,[9] rex Cantuariorum, post regnum temporale, quod L. et III.[10] annis gloriosissime tenuerat, aeterna coelestis regni gaudia subiit. Qui tertius quidem, in regibus gentis Anglorum, cunctis australibus eorum prouinciis, quae Humbrae fluuio et contiguis ei terminis sequestrantur a borealibus, imperabat;[11] sed
Bretwaldae VII. primus omnium coeli regna conscendit. Nam primus imperium
Ælle. Caelin. huiusmodi Ælle,[12] rex Humbrensium Saxonum,[13] secundus Caelin, rex occidentalium Saxonum, qui lingua ipsorum Ceaulin uoca-
Æthilbert. batur; tertius, ut diximus,[14] Æthilbertus,[15] rex Cantuariorum;
Reduald. quartus Redwald, rex orientalium Anglorum, qui etiam, uiuente Æthilberto,[16] eidem suae genti ducatum praebebat, obtinuit;[17]
Eadwin. quintus Eadwinus,[18] rex Nordanhimbrorum[19] gentis. id est eius, quae ad borealem Humbrae fluminis plagam [inhabitat], maiore

---

anno 614. *Thorn* apud Twysd. anno 605. *Rog. de Wend.* anno 608. *Thomas Elmh.* VII. Kal. Iunias anno 605. Cf. praeterea *Calendcwide* pp. 10. 26. *Piper* Cal. AS. pp. 43. 44. *Spelman* Concil. 249. canon 17. DC. IIII. 'consecrato sibi in successorem Laurentio, migrauit Augustinus' *Annal. brev. Roff. Whart.* 1, 85.

[1] rege regnante] eodem rege regnante *B. h. e.* 2, 3. in epitaphio.

[2] successit] *B. h. e.* 2, 4.

[3] DC. V.] *B. h. e.* 2, 1. *Chron. Sax.* anno 605 ł 606 ł 607.

[4] Romae] sedem Romanae et *B.*

[5] sex dies] sex et dies *B.*

[6] gloriosissime] gloriose *cod.*

[7] rexit] V. *Mm.* p. 148. l. c.

[8] DC. XVI.] V. *B. h. e.* 2, 5. *Chron. Sax. Mm.* p. 116. §. 35.

[9] Æthilbertus] Aedilberct *B.* Æilbertus *cod.*

[10] III.] sex *B.*

[11] imperabat] imperauit *B.*

[12] Ælle] Aelli *B.*

[13] Humbrens. Saxonum] rex Australium Saxonum *Mm. B. h. e.* 2, 5. p. 154. A. et edd.

[14] ut diximus] ut dixi *B.*

[15] Aethelbertus] Aedilberct *B.* Ælbertus *cod.*

[16] Æthilberto] Aedilbercto *B.* Ælberto *cod.*

[17] obtinuit] om. *cod.*

[18] Edwinus] Aeduin *B.*

[19] Nordanh.] Norhamhimbrorum *cod.*

potentia cunctis, qui Britanniam incolunt, Anglorum pariter ac Britonum populis praefuit, praeter Cantuariis tantum; necnon et Meuanias Britonum insulas, quae inter Hiberniam et Britanniam sitae sunt, Anglorum subiecit imperio; sextus Oswaldus et ipse Nordanhimbrorum[1] rex christianissimus hisdem finibus regnum tenuit; septimus Oswinus[2] frater eius aequalibus[3] paene terminis regnum nonnullo tempore cohercens, Pictorum quoque ac Scottorum gentes, quae septentrionales Britanniae fines tenent, maxima ex parte perdomuit ac tributarias fecit. Defunctus uero est rex Æthelbertus die XXIIII. mensis Februarii, post XX. et I. annos acceptae fidei, atque in porticu sancti Martini intra ecclesiam beatorum apostolorum Petri et Pauli sepultus, ubi et Berte[4] regina condita est.[5] Erat autem idem Æthelbertus filius Irminrici, [cuius pater Octa,] cuius pater Oeric,[6] cognomento Oisc,[7] cuius pater Hengist, qui cum filio suo Oisc, inuitatus a Uortigerno, Britanniam primus intrauit. At uero post mortem Æthelberti,[8] filius eius Edbald[9] regni gubernacula suscepit.

Oswald. Osuiu. Æthilbert obit 24. Febr. Berte. Æthilberti prosapia. Eadbald.

Anno DC. XX.[10] beatus archiepiscopus Laurentius regnum coeleste conscendit atque in ecclesia[11] sancti apostoli Petri iuxta praedecessorem suum Augustinum sepultus est IIII. die Nonarum Februariarum;[12] post quem Mellitus, qui erat Lundoniae episcopus, sedem Doruernensis ecclesiae tertius ab Augustino suscepit. Iustus autem adhuc superstes Rofensem[13] regebat ecclesiam.

A. 619. 2. Febr. Mellitus.

---

[1] Nordanhimb.] Nohāhimbrorum *cod.*

[2] Oswinus] Osuiu *B.* l. c.

[3] aequalibus] eq̊libet *cod.*

[4] Berte] Berctae *B.* l. c.

[5] condita est] addit *Beda* l. c. p. 110. ed. Stev.: „Qui inter cetera bona, quae genti suae consulendo conferebat, etiam decreta illi iudiciorum, iuxta exempla Romanorum, cum consilio sapientium constituit; quae conscripta Anglorum sermone hactenus habentur, et obseruantur ab ea. In quibus primitus posuit, qualiter id emendare deberet, qui aliquid rerum uel ecclesiae, uel episcopi, uel reliquorum ordinum, furto auferret; uolens scilicet tutionem eis, quos et quorum doctrinam susceperat, praestare. Erat autem“ cet.

[6] cuius pater Oeric] cuius pater Octa, cuius pater Oeric, cognomento Oisc, a quo reges Cantuariorum solent Oiscingas cognominari *B.* l. c.

[7] Oisc] Oyse *cod.* „cuius pater Hengist, qui cum filio suo Oisc“ om. *cod.* Oisc, Uurtigerno, *B.* V. *Evv. Nordh.* p. CXXVI. *Haigh* Conq. 129. 130. *Flor.* tabb. genealogicas.

[8] Æthelberti] Aedilbercti *B.*

[9] Edbald] Eadbald *B.*

[10] DC. XX.] V. *B. h. e.* 2, 7. DC. XXII. obiit Laurentius IIII. Non. Febr. Succedit Mellitus *Whart.* l. c. 85. Laurentius sedit annos V., obiit anno DC. XIX. IIII. Nonas Februarii *Whart.* l. c. 91.

[11] ecclesia] et monasterio add. *B.*

[12] quarto die Non. Febr.] Februariū *cod.*

[13] Rofensem] Hrofensem *B.*

A. 624 Mellitus obit. Anno DC. XXIIII. Mellitus archiepiscopus, postquam annis quinque rexit ecclesiam, Eadbaldo [1] regnante, migrauit ad coelos sepultusque est cum patribus suis in saepe dicto monasterio et 24. April. ecclesia beatissimi apostolorum principis die VIII. Klr. Maiarum. Iustus succedit. Cui [2] statim successit in pontificatu Iustus, qui erat Rofensis [3] Romanus. ecclesiae praesul. Illi autem ecclesiae Romanum [pro se] consecrauit episcopum, data sibi autoritate ordinandi episcopos a pontifice Bonifacio.

A. 625. Paulinus. 21. Iulii Anno DC. XXV. [4] Paulinus a Iusto archiepiscopo ordinatur genti Nordanhimbrorum [5] antistes, sub die XII. Klar. Augustarum.

A. 626. Eanfled baptizatur 8. Iunii. Anno DC. XXVI. [6] Eanfled, filia Eadwini [7] regis, baptizata est cum XII. aliis de familia eius, in Sabbato Pentacostes. [8]

A. 627. Eadwin Anno DC. XXVII. [9] accepit rex Edwinus [10] cum cunctis gentis suae nobilibus ac plebe perplurima fidem et lauacrum sanctae regenerationis, anno regni sui XI., [11] ab aduentu Anglobaptizatur rum in Britanniam annus circiter C. LXXX. Baptizatus est 12. April. autem Eboraci [12] die sancto Paschae pridie Idus [13] Aprilis, [14] et in ecclesia sancti Petri apostoli, quam [15] ibidem ipse de ligno, ubi [16] catechizaretur [17] atque ad percipiendum baptisma imbueretur, citato opere construxit; in qua etiam ciuitate ipsi [18] doctori atque antistiti suo Paulino sedem episcopatus donauit.

A. 633. Anno DC. XXXIII. [19] Eadwinus [20] cum X. et VII. annis genti Anglorum simul et Britonum gloriosissime praeesset, e quibus Ceduualla Brito rebellat. VI. etiam annis [21] ipse Christi regno militauit, rebellauit aduersus eum Cedwalla, [22] rex Britonum, auxilium praebente illi Penda, uiro strenuissimo de regio genere Merciorum, qui et ipse ex eo tempore gentis eiusdem regno annis XX. II. [23] uaria sorte praefuit;

---

[1] Eadbaldo] Aeodbaldo *B.*

[2] cui] E *B. h. e.* 2, 8.

[3] Rofensis cet.] Hrofensis ecclesiae episcopus *B.*

[4] DC. XXV.] E *B. Recapit. Mm.* p. 285. *B.* et *h. e.* 2, 9. §. 112.

[5] Nordanhimbrorum] Norhāhimbrorum *cod.*

[6] DC. XXVI.] Cf. *B. Recapit.* sub anno et *h. e.* 2, 9.

[7] Eadwini] Aeduini *B.*

[8] Pentacostes] Pentacosten *cod.*

[9] DC. XXVII.] V. *B. h. e.* 2, 14.

[10] Edwinus] V. *B. Chron. Mm.* p. 97. et *h. e.* 2, 9. §. 114.

[11] XI.] *B. h. e.* 2, 14. addit: qui est annus Dominicae incarnationis sexcentesimus uicesimus septimus.

[12] Eboraci] Eburaci *B.*

[13] Idus] Iduum *B.* Ita etiam *Chron. Sax.*: 'þa wæron Estran on II. Idus Apr.'

[14] Aprilis] Aprilium *B.*

[15] quam] et quam *cod.*

[16] ubi] cum *B.*

[17] catechizaretur] catezizant *cod.*

[18] ipsi] ipse *B.*

[19] DC. XXXIII.] V. *B. h. e.* 2. 20.

[20] Eadwinus] Aeduini *B.*

[21] annis] sex etiam ipse, ut diximus *B.*

[22] Cedwalla] Caedualla *B.*

[23] XX. II.] uiginti et duobus *B.*

et conserto graui proelio in campo, qui uocatur Hatfeld,[1] occisus est Edwinus[2] die IIII. Iduum Octobrium,[3] cum esset annorum XL. et VIII., eiusque totus uel interemptus est uel dispersus exercitus. In quo etiam bello, ante illum, unus filius eius, Osfridus[4] iuuenis bellicosus, cecidit, alter Eadfridus, necessitate cogente, ad Pendam regem transfugit et ab eo postmodum, regnante Oswaldo,[5] contra fidem iurisiurandi peremptus est. Eadwino[6] itaque rege perempto, Paulinus Cantiam rediit.

Eadwin occiditur 12. Octbr.

Osfrid fil. eius perimitur. Eadfrid interficitur.

Anno DC. XXXIIII.[7] Iustus archiepiscopus ad coelestia regna sublatus[8] est, IIII. Iduum Nouembrium die; et Honorius pro illo est in praesulatum electus.[9] Qui ordinandus uenit ad Paulinum et, occurrente sibi illo in Lindocolino, quintus ab Augustino Doruernensis[10] ecclesiae consecratus est antistes. Cui etiam papa[11] Honorius misit pallium et litteras, in quibus decreuit[12] hoc ipsum, quod in epistola ad Eadwinum[13] regem missa decreuerat, [scilicet] ut,[14] cum Doruernensis[15] [uel Eburacensis] antistes de hac uita transierit, is qui[16] superest consors eiusdem gradus habeat potestatem alterum ordinandi, in loco eius qui transierat, sacerdotem, ne sit necesse ad Romam[17] usque ciuitatem, per tam prolixa terrarum et maris spatia, pro ordinando archiepiscopo semper fatigari.

A. 631. Iustus ob. 10. Noubr. Honorius Cant. V. ep.

Anno DC. XL.[18] Eadbaldus, rex Cantuariorum, transiens ex hac uita Earconberto filio regni gubernacula reliquit; quae ille suscepta XX. IIII. annis et aliquot mensibus nobilissime tenuit. Hic primus regum Anglorum in toto regno suo idola relinqui ac destrui, simul et ieiunium XL. dierum obseruari,

A. 640. Earconbert R.

---

1 Hatfeld] Haethfelth *B.*

2 Edwinus] Aeduini *B.*

3 IIII. Iduum Octobrium] Anno DC. XXXIII. Her wearð Eadwine cining ofslagen fram Cadwallan ⁊ Pendan on Heðfelda *on II. Idus Octob. Chron. Saxon. cod.* Laud. 1, 45.

4 Osfridus] Osfrid *B. Flor.* 1, 268.

5 Oswaldo] Osualdo *B.*

6 Eadwino] V. *B. Recapit. Mm.* 285. Aeduine *B.*

7 DC. XXXIIII.] *B. h. e.* 2, 18. V. *Mm.* p. 169. n. et *B. h. e.* ed. Stevens. 1, 145. n.

8 sublatus] subleuatus *B.* DC. XXVII. Iustus ercebiscop forðferde IIII. Id. Nou. ⁊ Honorius wes gehalgod fram Pauline on Lincollan *Chron. Sax.* Laud. 1, 45. Sedit annos IX. obiit IV. Idus Nouembr. anno DC. XXXIII. *Whart.* p. 92. Iusti obitum ego posui A. 630. Honorii consecrationem A. 631. pallium A. 634. *Sm.*

9 electus] effectus *B.*

10 Doruernensis] Doruvernensis *B.*

11 papa] praefatus papa *B.*

12 decreuit] decernit, al decreuit *B. Var. Lect.*

13 Eadwinum] Aeduinum *B.*

14 ut] scilicet ut *B.*

15 Doruernensis] Doruvernensis vel Eburacensis *B.*

16 is qui] his qui *B.*

17 Romam] Romanam *B.*

18 DC. XL.] V. *B. h. e.* 3, 8.

principali auctoritate praecepit. Quae ne facile a quopiam posset[1] contemni, in transgressores dignas et competentes[2] punitiones
Eorcangote. proposuit. Cuius filia Eorcangote,[3] ut condigna parenti soboles, magnarum fuit uirgo uirtutum, seruiens Domino in monasterio, quod in regione Francorum constructum est ab abbatissa nobi-
Fara. In Brige mon. lissima, uocabulo Fara,[4] in loco, qui dicitur Inbrigge.[5] Nam eo tempore, needum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, multi de Britannia, monachicae conuersationis gratia, Francorum uel Galliarum monasteria adire solebant; sed et filias suas eisdem erudiendas ac sponso coelesti copulandas mittebant,
Cale et Andilegum mon. maxime in Brige et in Cale[6] et in Andilegum monasterio.

A. 642. Anno DC. XLII.[7] occisus est Oswaldus,[8] christianissimus
Oswaldus R. occiditur. rex Norhamhimbrorum,[9] commisso graui praelio a[10] pagana gente paganorumque rege Merciorum Penda, a quo et praedecessor eius Edwinus[11] peremptus fuerat, in loco, qui lingua Anglorum
Pugna in Maserfelth 5. Aug. nuncupatur Maserfeld,[12] anno aetatis suae XXXV.,[13] in die V.[14] mensis Augusti. Suscepit[15] regni terrestris sedem pro eo
Oswiu R. frater eius Oswinus,[16] iuuenis XXX. circiter annorum, et per XX. et VIII. laboriosissime tenuit.

A. 644. Anno DC. XLIIII.[17] Reuerendissimus[18] pater Paulinus, quon-
Paulinus moritur dam quidem Eboracensis,[19] sed tunc Rofensis episcopus ciuitatis,
10. Octbr. transiuit ad Dominum VI. Iduum Octobrium die. Qui XIX.[20] annis, mensibus duobus, diebus XXI. episcopatum tenuit sepultusque est in secretario[21] beati Andreae apostoli.[22] In cuius

---

1 posset] possit *cod.*

2 competentes] cōtempnentes *cod.*

3 Eorcangote] Earcongota *B.* cf. *Mlmesb.* Regg. 1, 11. 215. ed. Hardy.

4 Fara] Sara *cod.* Fara *B.* V. *Mm.* p. 180. n. a. *Petr. de Natal. Acta* SS. Ordin. S. Bened. 2. p. 420. Burgundofara.

5 Inbrigge] In Brige *B.* v. *Mm.* l. c.

6 Cale] Chelles *Mm.* l. c.

7 DC. XLII.] DC. XL. *cod.* V. *B. h. e.* 3, 9.

8 Oswaldus] Osuald *B.* Non. August. natale beati Oswaldi, martyris et regis Northanhymbrorum, cuius post mortem sanctitas crebris miraculorum patuit indiciis *L. V.* p. 144.

9 Norhamh.] Nordanhymbrorum *B.*

10 a] ab eadem *B.*

11 Edwinus] Aeduini *B.*

12 Maserfeld] Maserfelth *B.*

13 XXXV.] trigesimo octauo *B.*

14 in die] die *B.*

15 suscepit] V. *B. h. e.* 3, 14.

16 Oswinus] Oswiu *B.*

17 DC. XLIIII.] V. *B. h. e.* 3, 14. *Mm.* p. 185. n. et *Chron.* p. 116.

18 reuerendissimus] reuerentissimus *B.*

19 Eboracensis. Rofensis] Eburacensis. Hrofensis *B.*

20 XIX.] decem et nouem annos menses duos dies uig. et unum *B.*

21 secretario] secretarium est „aedicula seu camera ecclesiae adiuncta," Sacristei. V. *Du Cange.*

22 Andreae apostoli] apostoli Andreae, quod rex Ædilberct a fundamentis in eadem Hrofi ciuitate construxit *B.*

locum Honorius archiepiscopus ordinauit Ithamar,[1] oriundum quidem de gente Cantuariorum, sed uita et eruditione antecessoribus suis aequandum. Ithamar.

Anno DC. LI.[2] occisus est Oswinus rex XIII. Kłar. Septembrium die, anno regni eius nono, in loco qui dicitur Ingetlingum.[3] Sed et[4] [ipse] antistes Aidanus[5] non plus quam XII. post occisionem regis, quem amabat, dies, id est pridie Kł. Septembris, de seculo sublimatus,[6] perpetua laborum suorum a Domino praemia recepit. A. 651. Oswin occiditur 20. Aug. Aidan obit 31. Aug.

Anno DC. LIII.[7] Honorius archiepiscopus, postquam metas sui cursus impleuit, ex hac luce migrauit pridie Kłarum Octobrium die; et, cessante episcopatu per annum et sex menses, electus est archiepiscopus cathedrae Doruernensis[8] sextus Deusdedit de gente occidentalium Saxonum. Quem ordinaturus uenit illuc Ithamar,[9] antistes ecclesiae Rofensis.[10] Ordinatus est autem die VII. Kłar April. et[11] rexit ecclesiam annis IX. et mensibus IIII.[12] et duobus diebus; et ipso defuncto Ithamar[13] consecrauit pro eo Damianum, qui de genere australium Saxonum erat oriundus. Midel-Angli,[14] id est mediterranei Angli, sub principe Peada,[15] filio Pendan regis, fidem et sacramenta ueritatis perceperunt. A. 653. Honorius ob. 30. Sept. Deusdedit electus VI. ordin. 26. Martii 655. Ithamar ob. Damianus. Middilanglorum conuersio. A. 653.

Anno DC. LV.[16] Penda periit, et Mercii facti sunt Christiani. A. 655. Penda perit. Mercii.

Anno DC. LIX.[17] Wlfhere, filius Pendae,[18] subleuatus est in regnum Merciorum regnauitque XVII. annis. A. 659. Wlfhere.

---

[1] Ithamar] Ythamar *cod.*

[2] DC. LI.] *B. h. e.* 3, 14. *Mm.* p. 186. XII. Kł. Sept'. (21. Aug.): In Britanniis natalis Sancti Oswini, regis et martyris *L. V.* p. 145.

[3] Ingetlingum] Ingedingū *cod.*; hodie Gilling prope Richmont *Sm.*

[4] et] et ipse *B.*

[5] Aidanus] Aedan *B.* II. Kł. Sept'. In Britannia, Sancti Aidani, primi Lindisfarnensis episcopi. Eodem die commemoratio sanctarum reliquiarum eiusdem ecclesiae *L. V.* l. c.

[6] sublimatus] ablatus *B.*

[7] DC. LIII.] V. *B. h. e.* 3, 20.

[8] Doruernensis] Doruuernensis *B.*

[9] Ithamar] Ytamar *cod.*

[10] Rofensis] Hrofensis *B.*

[11] et] omitt. *B.*

[12] mensibus quatuor] menses septem et duos dies *B.*

[13] et ipso Ithamar] et ipse def. Ith. *B.* Ithamar ob. anno 664; Damianus 669; Deusdedit 664. V. praeterea *Whart.* 1, 93. 329. n.

[14] Midel-Angli] V. *B. h. e.* 3, 21. Middilangli *B.*

[15] Peada] occisus est anno 658. *B. h. e.* 3, 24.

[16] DC. LV.] V. *B. Recapit.* et *h. e.* 2, 24. Penda, ab Osuiu rege Nordanhymbrorum apud Winwæd fluuium superatus, occiditur *B. h. e.* 3, 24.

[17] DC. LIX.] Cf. *B. h. e.* 3, 24.

[18] Pendae] Penda *cod.*

A. 664. Anno DC. LXIIII.[1] facta est eclipsis solis die III.[2] mensis
3. Maii eclipsis solis. Maii, hora circiter decima diei. Quo etiam anno subita pesti-
Pestilentia. lentiae lues, depopulatis[3] prius australibus Britanniae plagis, Northanhimbrorum[4] quoque prouinciam corripiens atque acerba diutius longe lateque desaeuiens magnam hominum multitudinem strauit.[5] Haec [autem] plaga Hiberniam quoque insulam pari
Deusdedit ob. 14. Iulii. clade premebat. Deusdedit,[6] sextus Doruernensis[7] ecclesiae
Erconbert ob. episcopus, obiit pridie Iduum Iuliarum; sed et Erchonbertus,[8]
Ecgbert. rex Cantuariorum, eodem mense ac die defunctus, Ecgberto[9] filio eius sedem regni reliquit, quam ille susceptam per XIX.[10]
Colman. annos tenuit. Colman[11] cum Scottis ad suos reuersus est, et Cedda et Wilfridus[12] Northamhimbrorum ordinantur episcopi, cessante episcopatu Doruernensis ecclesiae non pauco tempore.

A. 668. Theodorus VII. ep. Doruu. Anno DC. LXVIII.[13] Theodorus monachus, natus Tarso[14] Ciliciae, uir et secularis et diuinae[15] literaturae, et Graece et Latine instructus, probis[16] moribus et aetate uenerandus, id est annos habens aetatis LXVI.,[17] ordinatus est Doruernensis epi-
26. Mart. scopus[18] a Uitaliano papa, sub die VII. Kłarum Aprilium, do-
8. Iunii. minica, et ita una cum sociis[19] VI.[20] Kł. Iunii missus est. Peruenit autem Theodorus[21] ad ecclesiam suam secundo postquam
27. Maii. consecratus est anno, sub die VI. Kłar. Iuniarum, dominica, et fecit in ea annos XX. et I., menses III., dies XXVI.

A. 670. Anno DC. LXX.,[22] qui est secundus annus, ex quo Bri-
Osuiu ob. tanniam uenit Theodorus, Oswius[23] rex Northanhimbrorum pressus

---

[1] DC. LXIIII.] V. *B. h. e.* 3, 27. et *Recapit.* anno 664.

[2] III.] lege *primo*. V. Stevens. ad h. l.

[3] depopulatis] depopulans prius *cod.*

[4] Northanhimbrorum] Nordanhymbrorum *B.*

[5] strauit] *B.* addit: qua plaga praefatus Domini sacerdos Tuda raptus est de mundo et in monasterio, quod dicitur Paegnalaech, honorifice sepultus.

[6] Deusdedit] V. *B. h. e.* 4, 1.

[7] Doruernensis] Doruvernensis *B.*

[8] Erchonbertus] Erconberct *B.*

[9] Ecgberto] Ecgbercto *B.* Etberto *cod.*

[10] XIX.] novem *B.*

[11] Colman] V. *B. Recapit.* anno 664. cf. *h. e.* 3, 26. 28.

[12] Cedda et Wilfridus] Ceadda ac Vilfrid. Nordanhimbrorum *B.*

[13] DC. LXVIII.] V. *B. h. e.* 4, 1. §. 254.

[14] Tarso] Tharso *B.*

[15] secularis et diuinae] seculari et diuina literatura et Graece instructus et L. *B.*

[16] probis] probus *B.*

[17] LXVI.] XLVI. *cod.* sexaginta et sex *B.*

[18] Doruernensis episcopus] om. *B.*

[19] una cum sociis] una cum Hadriano *B.*

[20] VI. Kł.] sexto Kalendas Iunias Brittaniam *B.*

[21] Theodorus] V. *B. h. e.* 4, 2.

[22] DC. LXXII.] V. *B. h. e.* 4, 5.

[23] Oswius] Osuiu, rex Nordanhymbrorum *B.* Oswinus *cod.*

est infirmitata, qua et mortuus est, anno aetatis suae LVIII. Qui in tantum eo tempore tenebatur amore Romanae et apostolicae institutionis, ut, si ab infirmitate saluaretur, etiam Romam uenire ibique ad loca sancta uitam finire disponeret Wilfridumque[1] episcopum ducem sibi itineris fieri, promissa non parua pecuniarum donatione, rogaret. Qui, defunctus die XV.[2] Kłarum Martiarum, Egfridum filium regni haeredem reliquit. 15. Febr. Ecgfrid.

Anno DC. LXXIII.[3] Egbertus[4] rex Cantuariorum obiit, mense Iulio, successitque in regnum frater eius Lothere, quod ipse annos XI. et menses VII. tenuit. Et synodus[5] facta est ad Hereford[6] die XXIIII. mensis Septembris, praesente Egfrido rege, praesidente archiepiscopo Theodoro. A. 673. Ecgbert R. ob. Hlothere R. Synodus ad Herutforda 24. Septbr.

Anno DC. LXXV.[7] Wolfhere,[8] Merciorum rex, postquam XVII.[9] annos regnauerat, defunctus[10] est, Ethilredo fratri suo relinquens imperium. A. 675. Uulferi R. Merc. ob. Ædilred R.

Anno DC. LXXVI. Ethelredus[11] rex Merciorum, adducto maligno exercitu, Cantiam uastauit et ecclesias et monasteria, sine respectu diuini timoris, foedauit. Eodem anno insulam Farne[12] uir Domini Cuthbertus [intrauit] et per IX. annos, mira animi alacritate, Domino militabat. A. 676. Ædilred Cantiam uastat. Cuthbert in insula Farne.

Anno DC. LXXVIII., qui est annus imperii Egfridi[13] VIII., apparuit mense Augusto stella, quae dicitur cometa, et, tribus mensibus permanens, matutinis horis oriebatur, excelsam radiantis flammae quasi columnam[14] praeferens. Quo etiam anno, orta inter ipsum regem Egfridum et reuerendissimum antistitem Wilfridum[15] dissensione, pulsus est idem antistes a sede sui episcopatus et pro eo[16] Bosa, Eatha et Eaded ordinati sunt antistites a Theodoro archiepiscopo. A. 678. Cometa. Uilfridus pulsus. Bosa ep. Ebor Eata ep. Hag et Lind. Eadhæd ep. Sidn.

---

[1] Wilfridumque] Uilfridumque *B.*

[2] XV.] quinto *cod.*

[3] DC. LXXIII.] V. *B. h. e.* 4, 5. §. 271.

[4] Egbertus] quo anno rex Cantuariorum Ecgbert mense Iulio obierat. succedente in regnum fratre Hlothere *B.*

[5] synodus] V. *B. Recapit.* sub anno. *Flor.* 1, 31. Cf. *B. h. e.* 4, 5.

[6] Hereford] Herutford *B.*

[7] DC. XXV.] V. *B. Recapit.* sub anno.

[8] Wolfhere] Uulfheri *B.*

[9] XVII.] XVIII. *cod.*

[10] defunctus] Aedilredo fratri reliquit *B.*

[11] Ethelredus] Aedilred *B.* V. *B h. e.* 4, 12. §. 287.

[12] Farne] Pharne *cod.* Cf. *B. h. e.* 4. 27. V. Uitam *S. Cuthberti.*

[13] Egfridi] Ecgfridi *B. h. e.* 4. 12.

[14] columnam] columpnam *cod.*

[15] Wilfridum] Uilfridum *B.* V. *Eadmeri* Uitam Wilfridi.

[16] et pro eo] et duo in locum eius substituti episcopi, qui Nordanhymbrorum genti praeessent. Bosa uidelicet, qui Deirorum, et Eata, qui Berniciorum prouinciam gubernaret. hic in ciuitate Eburaci, ille in Hagustaldensi siue in Lindisfarnensi ecclesia cathedram habens

A. 679. Ecgfridi et Ædilredi pugna ad Trente fluuium. Ælfuini occiditur. Osthryd.

Anno DC. LXXIX.,[1] regni Egfridi[2] nono, conserto graui praelio inter ipsum et Ethelredum,[3] regem Merciorum, iuxta fluuium Trente,[4] occisus est Elwinus,[5] frater regis Egfridi,[6] iuuenis circiter XVIII.[7] annorum, utrique prouinciae multum amabilis. Nam et sororem eius, quae dicebatur Ostridh,[8] rex Eailredus[9] habebat uxorem. Cumque[10] materies belli acrioris et inimicitiae[11] [longioris] inter reges populosque feroces uideretur exorta, Theodorus, Deo dilectus antistes, diuino functus[12] auxilio, salutifera exhortatione coeptum tanti periculi funditus extinguit incendium, adeo, ut placatis alterutrum regibus ac populis, nullius anima hominis pro interfecto regis fratre, sed debita tantummodo multa[13] pecuniae regi ultori daretur. Cuius foedera pacis, multo exinde tempore, inter eosdem reges eorumque regna durauerunt.

Theodori intercessio.

A. 680. Synodus in Hæthfelda 17 Septbr.

Anno DC. LXXX.[14] synodus facta est in campo Hetfelda[15] de fide catholica, praesidente archiepiscopo Theodoro; in qua affuit Iohannes, abbas Romanus.[16] Facta est synodus sub die XV. Kl. Octobris,[17] anno decimo Egfridi regis Humbronensium,[18] Ethilredi,[19] regis Mercinensium, VI. et Aldulfi, regis Estranglorum, XVII.[20] et Lotarii, regis Cantuariorum VII. anno regni eius. Quo etiam anno religiosa[21] Christi famula Hilda[22] abbatissa monasterii, quod dicitur Streneshalch,[23] post multa quae fecit in terris opera coelestia, ad percipienda praemia uitae coelestis de terris ablata transiuit,[24] die XV. Kł. Decembrium, cum esset annorum LXVI.: quibus aequa partitione[25] diuisis XXXIII.

Hilda abbatissa ob. 17. Noubr.

---

episcopalem, ambo de monachorum collegio in episcopatus gradum adsciti *B.* l. c.

[1] DC. LXXIX.] V. *B. h. e.* 4, 21. et *Recapit.*

[2] Egfridi] Ecgfridi *B.*

[3] Ethelredum] Aedilredum *B.*

[4] Trente] Treanta *B.*

[5] Elwinus] Aelfuini *B.*

[6] Egfridi] Ecgfridi *B.*

[7] octodecim] decem et octo *B.*

[8] Ostridh] Osthryd *B.*

[9] Eailredus] Aedilred *B.*

[10] cumque] cumque *B.* nam *cod.*

[11] inimicitiae] inimicitiae longioris *B.*

[12] functus] fretus *B. Var. Lect.*

[13] tantummodo multa] solummodo mulcta *B.*

[14] DC. LXXX.] V. *B. Recapit. Mm.* 285. *h. e.* 4, 17.

[15] Hetfelda] Haethfelda *B.* 4, 17. *Mm.* chronol. p. 117. n.

[16] abbas Romanus] V. *B. h. e.* 4, 18.

[17] XV. Kł. Octobris] V. *B. h. e.* 4, 17.

[18] Humbronens.] Hymbronensium *B.*

[19] Ethilredi] Aedilredo rege Mercinensium, anno sexto regni eius; et Aldnulfo rege Estranglorum *B.*

[20] decimo septimo] regni eius; et Hlothario rege Cantuariorum, regni eius anno septimo *B.*

[21] religiosa] V. *B. h. e.* 4, 23. et notam in *Mm.* religiosissima *B.*

[22] Hilda] Hild *B.*

[23] Streneshalch] Streaneshalch *B.*

[24] transiuit] transiuit die quinta decima *B.*

[25] partitione] portione *B. Var. Lect.*

primos in saeculari habitu nobilissime conuersata compleuit, et totidem sequentes nobilius in monachali uita Domino consecrauit. Nobilis etiam[1] natu erat, hoc est filia nepotis Edwini[2] regis, uocabulo Hereric.

Anno DC. LXXXIIII.[3] Egfridus,[4] rex Northanhimbrorum, misso Hiberniam cum exercitu[5] duce Berchto,[6] uastauit misere gentem innoxiam et nationi Anglorum semper amicissimam, ita, ut ne ecclesiis quidem aut monasteriis manus parceret hostilis. A. 684. Ecgfrid Hiberniam uastat.

Anno DC. LXXXV.[7] Egfridus rex, cum temere exercitum duxisset ad uastandam Pictorum prouinciam, multis[8] prohibentibus amicis, et maxime beatae memoriae Cuthberto,[9] qui nuper fuerat ordinatus episcopus, introductus est, simulantibus fugam hostibus, in angustias inaccessorum montium, et cum magna[10] parte copiarum, quas secum adduxerat, exstinctus est, anno aetatis suae XL., regni autem XV. die tertio decimo Kłarum Iuniarum.[11] Successit autem Ecgfrido in regnum Alfridus, uir in scripturis doctissimus, qui frater eius et filius Oswini regis esse dicebatur, destructumque regni statum,[12] quamuis intra fines angustiores, nobiliter recuperauit. Quo uidelicet anno Loterius[13] Cantuariorum rex, cum post Egbertum[14] fratrem suum, qui IX. annis regnauerat, ipse XII. annis regnasset, mortuus est[15] VIII. Iduum[16] Februariarum. Uulneratus namque est in pugna australium Saxonum, quos contra eum Edricus,[17] filius Egberti, aggregauerat, et inter medendum defunctus. Ac post eum idem Edricus[18] anno uno ac dimidio regnauit. Quo defuncto, regnum[19] aliquod temporis spatium reges dubii uel externi disperdiderunt, donec legitimus rex Wichtredus,[20] id est filius Egberti,[21] confortatus in A. 685. Ecgfrid Pictor. prou. uastat et caeditur 20. Mai. Alfrid. Hlotheri ob. 6. Febr. Edric. Uictred. A. 690.

[1] nobilis etiam] nam et nobilis *B.*

[2] Edwini] Aeduini regis, uocabulo Hererici *B.*

[3] DC. LXXXIV.] V. *B. h. e.* 4, 26.

[4] Egfridus] Ecgfrid rex Nordanhymbrorum *B.*

[5] cum exercitu] exercitu cum *cod.*

[6] Berchto] Bercto *B.* Briht *Chron. Sax.* 1, 63.

[7] DC. LXXXV.] V. *B. h. e.* l. c.

[8] multis] multum *B.*

[9] Cuthberto] Cudbercto *B.*

[10] magna] maxima *B.*

[11] Iuniarum] *B.* addit: et quidem, ut dixi, prohibuerunt amici, ne hoc bellum iniret; sed quoniam anno praecedente noluerat audire reuerentissimum patrem Ecgberctum, ne Scottiam nil se laedentem impugnaret, datum est illi ex poena peccati illius, ne nunc eos, qui ipsum ab interitu reuocare cupiebant, audiret.

[12] statum] statum *B.* statutum *cod.*

[13] Loterius] Hlotheri *B.*

[14] Egbertum] Ecgberctum *B.*

[15] est] erat *B.*

[16] Iduum] Idus Februarias *B.* Februarium *cod.*

[17] Edricus] Edric filius Ecgbercti *B.*

[18] Edricus] Edric *B.* Hedricus *cod.*

[19] regnum] regnum illud per *B.*

[20] Wichtredus] Uictred *B.*

[21] Egberti] Ecgberti *B.*

regno, religione simul et industria gentem suam ab extranea inuasione liberaret. Ipso etiam anno,[1] quo finem uitae accepit

Cudberct ep. Lindisfarn. rex Egfridus,[2] episcopum fecerat ordinari Lindisfarnensium ecclesiae uirum sanctum et uenerabilem Cuthbertum. Ordinatus est[3] autem Eboracae a Theodoro, Dorobernensi archiepiscopo, VII.

A. 685. 26. Martii. Kl. Aprilis, ipso die Paschae, conuenientibus ad consecrationem eius VII. episcopis, praesente praefato rege Egfrido, V. decimo anno regni eius.

A. 687. Uilfrid ep. Hagust. Anno DC. LXXXVII.[4] Wilfridus a sede repulsus ab Egfrido rege, post longum exilium in episcopatum Hagustaldensis ecclesiae est receptus.

Cudberct in insulam Farne se recipit ibique obit. Sanctus itaque Cuthbertus, sciens in spiritu, appropinquare diem sui transitus, repetiit[5] insulam[6] mansionemque suam. Prima igitur ebdomada Quadragesimae,[7] feria IIII., coepit aegrotare; et rursus IIII. feria post mediam XL., tribus continuis[8] ebdomadibus in infirmitate decoctus, instante nocturnae orationis

20. Martii. tempore, perceptis sacramentis salutaribus, XIII. Kl. Aprilis migrauit ad Dominum, luna prima, anno episcopatus sui III., anachoreseos XII., monachatus sui XXXIIII.; ex quo autem rex Oswaldus et Aidanus episcopus pontificalem sedem in Lindisfarnea insula instituerunt, LIIII. Corpus illius ad beati Petri apostoli ecclesiam, quae in eadem insula est sita, delatum est ibique ad dexteram altaris petrino in sarcophago repositum.

A. 688. Cædualla. Anno DC. LXXXVIII., anno autem regni Alfridi IIII.,[9] Cadwalla,[10] rex occidentalium Saxonum, cum genti suae duobus annis strenuissime praeesset, relicto imperio propter Dominum regnumque perpetuum, uenit Romam, hoc[11] sibi gloriae singularis desiderans adipisci, ut ad limina beatorum apostolorum fonte baptismatis ablueretur, in quo solo didicerat generi humano patere uitae coelestis introitum; simul etiam sperans, quia mox baptizatus carne solutus ad aeterna gaudia iam mundus transiret. Quod utrumque, ut mente disposuerat, Domino iuuante completum

---

[1] ipso etiam anno] V. *B. h. e.* 4, 27.

[2] Egfridus] Ecgfrid *B.*

[3] ordinatus est] Cf. *B. h. e.* 4, 28. *Mm.* 244. et *Flor.* anno 685.

[4] DC. LXXXVII.] V. *B. h. e.* 5, 3. Cf. uitam S. Wilfridi auctoribus *Eddio* (in Gilesii libro: „Uita quorundam Anglo-Saxonum“ p. 128 sqq.) et *Eadmero* (in operibus eius a J. P. Migne editis col. 790 sqq.), et uitam S. Wilfridi metricam a *Fridegode* conscriptam (in Actis SS. ordin. S. Benedicti et in Mignei patrol. vol. CXXXIII. col. 979 sq.).

[5] repetiit] V. *B. Uita S. Cuthb.* cp. 37. p. 116. ed. Stevens., et *Erv. Nordh.*

[6] insulam] om. *cod.*

[7] Quadragesimae] XL. *cod.*

[8] tribus continuis] V. *B.* l. c. p. 117.

[9] Alfridi IIII.] Aldfridi tertio *B. h. e.* 5, 7.

[10] Cadwalla] Caedualla *B.*

[11] hoc] om. *cod.*

est. Etenim illo perueniens, pontificatum agente Sergio, baptizatus est die sancto sabbati paschalis, et in albis adhuc positus, languore correptus, XII. Kłar. Maiarum die solutus a carne, et beatorum est regno sociatus in coelis. Qui uixit [1] annos XXX. imperante Domino [2] Iustiniano, [3] piissimo Augusto, anno consulatus eius IIII. Successit [4] in regnum Yna, [5] de stirpe regia, tenuitque imperium XXXVII. annis. baptizatur Romae, A 689 20 Apr. ob. Ini.

Anno DC. XC. Theodorus, [6] beatae memoriae, archiepiscopus senex et plenus dierum, id est [7] annorum LXXXVIII., defunctus est; quem se numerum annorum fuisse habiturum [ipse] iamdudum, somnii [8] reuelatione edoctus, suis praedicare solebat. Mansit autem in episcopatu annis XXII. sepultusque [9] [est] in ecclesia sancti Petri, in qua omnium episcoporum Dorobernensium [10] sunt corpora deposita. De quo, una cum consortibus eiusdem sui gradus, recte ac ueraciter dici potest, quod [11] *corpora eorum* [12] *in pace sepulta sunt, et nomen eorum uiuet in generationes et generationes.* Ut enim [breuiter] dicam, tantum profectus spiritalis, tempore praesulatus illius, Anglorum ecclesiae, quantum nunquam antea potuere, ceperunt. [13] A. 690 Theodorus archiep. Cant. VII. obit 19. Septbr.

Anno DC. XCII. [14] successit Theodoro in episcopatu [15] Berchtwald, [16] qui erat abbas in monasterio, quod, iuxta ostium [17] aquilonale fluminis Genlade [18] positum, Racwlfus [19] nuncupatur; uir et ipse scientia scripturarum imbutus, sed et ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summe instructus, tametsi praedecessori suo minime comparandus. Qui electus est quidem in episcopatum [20] die primo mensis Iulii, regnantibus in Cantia Wichtredo [21] et Suefhardo, ordinatus est [22] autem anno sequente A 692 Berctuald eligitur archiep. Cant. VIII. 1. Iulii.

---

[1] uixit] annos plus minus triginta *B.*

[2] domino] domno *B.*

[3] Iustiniano] piissimo Augusto, anno et consulatus quarto, pontificante apostolico uiro domno Sergio papa anno secundo *B. Mm.*

[4] successit] abeunte autem Romam Caedualla, successit *B.*

[5] Yna] Yne *cod.* Ini *B.*

[6] Theodorus] *B. h. e.* 5, 8. V. *Whart.* Anglia Sacra p. 93 sqq.

[7] id est] om. *cod.*

[8] somnii] somnii *B.* sompni *cod.*

[9] sepultusque] sepultusque est *B.*

[10] Dorobernens.] Doruuernensium *B.*

[11] quod] quia *B.*

[12] eorum] ipsorum *Ecclesiast.* 44, 13.

[13] ceperunt] coeperunt *B.*

[14] DC. XCII.] *B.* 5, 8. §. 375. *Mm.* p. 255.

[15] episcopatu] episcopatum *cod.*

[16] Berchtwald] Berctuald *B.*

[17] ostium] hostium *cod.*

[18] Genlade] Genladae *B.* hodie Inlade.

[19] Racwlfus] Racuulfe *B.*

[20] in episcopatum] anno dominicae incarnationis sexcent. nonages. secundo *B.*

[21] Wichtredo] Uictredo et Suaebhardo *B.*

[22] est] om. *B.*

ordinatur 29. Iunii, inthronizatur 31. Aug. Gebmund ep. Tobias ep.

tertia die Kłar. Iuliarum, dominica, a Godwino [1] metropolitano episcopo Galliarum; et sedit in sede sua II. [2] Kłar. Septembrium, die dominica. Qui inter multos, quos ordinauit antistites, etiam Gefmundo, [3] Rofensis ecclesiae praesule, defuncto, Tobiam pro illo consecrauit, uirum Latina, Graeca [4] et Saxonica [lingua] atque eruditione multipliciter instructum. Wilfridus ab Alfrido rege (A. 691.) iterum expulsus est et XIII. annis exulabat. Et primo Romam adiit, et inde rediit et in mediterraneorum Anglorum regione morabatur; multaque diu loca peruagatus Romam adiit, Britanniam rediit, diuertens ad australium Saxonum (terram) [5] pagano adhuc cultui deditorum. [6] Ibi, in illa parte, [7] per V. annos docebat euangelium.

A. 704. Ædilred monachus factus Coenred.

Anno DCC. IIII. Aethelredus, [8] postquam XXX. [9] annis Merciorum genti praefuit, monachus factus, Coenredo regnum dedit.

A. 705. Aldfrid ob. Osred. Uilfrid ob. anno 709. mense Maio.

Anno DCC. V. Alfridus, [10] rex Norhanhimbrorum [11] defunctus est, anno regni sui XX. [12] necdum impleto, cui succedens in imperium filius suus Osred, puer VIII. circiter annorum, regnauit annis XI., et Wilfridus [13] episcopus in suam receptus est sedem et IIII. annis, id est usque ad diem obitus sui uitam duxit in pace. Sicque eximius uirtute uenerabilis uictor conscendit alti thronum anno XLV. accepti episcopatus, corpusque eius perlatum est in monasterium ipsius, quod dicitur Ripum, [14] et, iuxta honorem tanto pontifici congruum, in ecclesia beati apostoli Petri sepultum.

A. 709. Coinred.

Anno DCC. IX., [15] imperii autem regis Osredi IIII., Coenred, [16] qui regno Merciorum nobilissime tempore aliquanto praefuerat, nobilius multo regni sceptra reliquit. Nam uenit Romam ibique [17] attonsus, pontificatum habente Constantino, ac monachus factus ad limina apostolorum in precibus, ieiuniis et elemosynis usque ad diem permansit ultimum, succedente

---

[1] Godwino] Goduine *B.*

[2] II.] pridie *B.*

[3] Gefmundo] Gebmundo Hrofensis *B.*

[4] Latina, Graeca] Latina lingua et *cod.*

[5] terram] in cod. non legitur.

[6] cultui deditorum] cultura dediti *cod.*

[7] parte] patria *cod.*

[8] DCC. IIII. Aethelredus] V. *B. Recapit.* DCCIII. *cod.* Aedilred *B.*

[9] XXX.] triginta unum annos *B.* uox *unum* in cod. quodam Bedae deest.

[10] Alfridus] V. *B. h. e.* 5, 18. Aldfrid *B.*

[11] Norhanhimbrorum] Nordanhymbrorum *B.*

[12] XX.] Cf. *B. h. e.* 5, 1.

[13] Wilfridus] V. *B. h. e.* 5, 19. §. 424. et *Eddii* uitam Wilfridi.

[14] Ripum] Inhrypum *B. h. e.* 5, 19.

[15] DCC. IX.] DCC. VIII. *cod.* DCC. IX. *B. h. e.* 5, 19. *Mm.* 269. nn.

[16] Coenred] Coinred *B.*

[17] ibique] ibidem *cod.* ibique *B.*

Coelredo,[1] filio Æthelredi in regnum, qui ante ipsum Coenredum[2] idem regnum tenebat. Ceolred.

Anno DCC. XI.[3] Bertfrihtus[4] praefectus cum Pictis pugnauit. A. 711. Berctfrid.

Anno DCC. XVI.[5] Osred, rex Norhanhimbrorum[6] interfectus est, et Coenred[7] successit;[8] et rex Merciorum Ceolred defunctus est; et uir Domini Egbertus[9] Hienenses[10] monachos ad catholicum Pasce[11] et ecclesiasticam correxit tonsuram. A. 716. Osred interf. Coenred succed. Ceolred obit. Ecgberct.

Anno DCC. XXV.,[12] qui erat annus VII. Osrici regis[13] [Nordanhymbrorum,] qui Coenredo successerat, Wihtredus[14] filius Egberti, rex Cantuariorum, defunctus est IX. die Kłar. Maiarum; et regni, quod per XXX. IIII. semis annos tenebat, filios tres, Ælbertum[15] [Eadbertum] et Alfricum, reliquit haeredes. Anno quoque[16] proximo Tobias, Rofensis[17] ecclesiae praesul, defunctus est, uir, ut supra[18] meminimus, doctissimus. Erat enim discipulus beatae memoriae magistrorum, Theodori archiepiscopi et abbatis Adriani;[19] unde, [ut] dictum est, cum eruditione litterarum uel ecclesiasticarum uel generalium, ita Graecam quoque cum Latina didicit linguam, ut tam notas ac familiares sibi eas quam natiuitatis suae loquelam haberet.[20] Sepultus uero est in porticu sancti Pauli apostoli, quam intra[21] ecclesiam sancti Andreae sibi ipse in locum sepulturae[22] fecerat Post quem[23] episcopatus officium Aldulfus.[24] Berchtwaldo archiepiscopo consecrante, suscepit. A. 725. Uictred ob. 23. April. A. 726. Tobias ob. Alduulf ep.

Anno[25] DCC. XXIX.[26] apparuerunt cometae duae circa solem, multum intuentibus terrorem incutientes. Una quippe solem praecedebat mane orientem, altera uespere sequebatur occi- A. 729. cometae duo

---

[1] Coelredo] Ceolredo filio Aedilredi *B.*

[2] Coenredum] Coinredum *B.*

[3] DCC. XI.] V. *B. Recapit.* þam ylcan geare (DCC. X.) feaht Beorhtfriđ ealdorman wiđ Pehtas, betwux Hæfe ⁊ Cære. *Chron. Sax.* 1, 69. „et uictor extitit" addit *Flor.* 1, 48.

[4] Bertfrihtus] Berctfrid *B.*

[5] DCC. XVI.] V. *B. Recapit. h. e.* 5, 22.

[6] Norhanhimb.] Nordanhymbrorum *B.*

[7] Coenred] Coinred *B.*

[8] successit] V. *Evv. Nordh.* p. LIV.

[9] Egbertus] *B.* l. c.

[10] Hienenses] Hiienses *B.*

[11] Pasce] pascha *B.*

[12] DCC. XXV.] *B.* 5, 23.

[13] regis] Nordanhymbrorum add. *B.*

[14] Wihtredus] Uictred fil. Ecgbercti *B.*

[15] Ælbertum] Aedilberctum, Eadberctum et Alricum ł Aldricum *B.*

[16] quoque] post quem *B.*

[17] Rofensis] Hrofensis *B.*

[18] supra] anno DC. XCII.

[19] Adriani] Hadriani *B.*

[20] loquelam haberet] haberet loquelam *cod.*

[21] intra] intro *B.*

[22] sepulturae] sepulcri *B.*

[23] quem] quod *cod.*

[24] Aldulfus] Alduulf, Berctualdo *B.*

[25] anno] dominicae incarnationis *B.*

[26] DCC. XXIX.] V. *B. h. e.* 5, 23. §. 448. ed. Stevens.

dentem, quasi orienti simul et occidenti dirae cladis praesagae: uel certe una diei altera noctis praecurrebat exortum, ut utroque tempore mala mortalibus imminere signarent. Portabant autem facem[1] ignis contra aquilonem, quasi ad accendendum adclinem.[2] Apparebant[3] mense Ianuario et duabus[4] ferme septimanis permanebant. Quo tempore grauissima Saracenorum lues Gallias misera caede[5] uastabat, et ipsi, non multo post, in eadem prouincia dignas suae perfidiae poenas luebant. Quo anno uir Domini[6] Egbertus,[7] ipso die Paschae, VIII. Kł. Maii,[8] migrauit ad Dominum et mox, peracto Pascha, hoc est VII. Idus Maii,[9] Osricus, rex Norhanhimbrorum, uita decessit,[10] cum ipse regni, quod XI. annis gubernabat, successorem fore[11] Ceoluulfum[12] decreuisset, fratrem illius, qui ante se regnauerat, Coenredi regis. Cuius regni et principia et processus tot ac tantis redundauere rerum aduersantium motibus, ut, quid de his scribi debeat, quemue habitura [sint][13] singula finem, needum sciri[14] ualeat.

(apparent mense Ianuario. Saraceni. Egberct ob. 24. April. Osric ob. 9. Maii. Ceouulf succ.)

A. 731. Anno[15] DCC. XXXI. Berhtwaldus[16] archiepiscopus, longa consumptus aetate, defunctus est, die (quinto)[17] Iduum Ianuariarum;[18] qui sedem[19] annis XXXVII. mensibus VI. diebus XIIII. gubernabat. Pro quo, anno eodem, factus est archiepiscopus uocabulo Tatwinus,[20] de prouincia Merciorum; consecratus est autem in Doruernensi[21] ciuitate a uiris uenerabilibus Daniele[22] Uentano et Igwaldo[23] Lundoniensi et Aldulfo Rofensi antistitibus, die X. Iunii mensis, dominica, uir religione

(Berctuald archiep. Cant ob. 9 Ian. Tatuini succ. consecratur 10. Iunii.)

---

[1] facem] facem *B.* faciem *cod.* et *Var. Lect. B.*

[2] adclinem] uerba 'quasi ad accendendum adclinem' *Ælfredus R.* non interpretatus est.

[3] apparebant] apparebantque *B.*

[4] duabus] duobus *cod.*

[5] caede] clade *B.*

[6] uir Domini] sanctus uir Domini *B.*

[7] Egbertus] Ecgberct, ut supra memorauimus *B.*

[8] VIII. Kał. Maii] deest in *B.* l. c., sed v. *B. h. e.* 5, 22.

[9] VII. Id. Maii] septima iduum Maiarum Osric rex Nordanhymbrorum *B.*

[10] decessit] accessit *cod.*

[11] fore] pro eo *cod.*

[12] Ceoluulfum] Ceonulfum *cod.*

[13] sint] sint finem singula *B.*

[14] sciri] sciri *B.* scire *cod.*

[15] anno] dom. incarnat. *B.* l. c. 5, 23. §. 449.

[16] Berhtwaldus] Berctuald *B.* Berwaldus *cod.*

[17] die quinto] ita recte *Apogr. Lambethanum* et *Sim. Dunelm.*; sed *B.* l. c. die Iduum Ian. (13. Ian.)

[18] Ianuariarum] Ianuariū *cod.*

[19] sedem] sedit annos . . menses . . dies *B.*

[20] Tatwinus] Tatuini, cum fuisset presbyter in monasterio, quod uocatur Briudun. *B.* l. c.

[21] Doruernensi] Doruuerni *B.*

[22] Daniele] Danihele *B.*

[23] Igwaldo] Ingualdo Lundoniensi, et Alduino Lyccitfeldensi, et Alduulfo Hrofensi *B.*

et prudentia insignis, sacris quoque litteris nobiliter instructus: anno [1] aduentus Anglorum in Angliam circiter CC. LXXXV.

Anno DCC. XXXIII. [2] eclipsis solis facta est XVIII. [3] Kłar. Septembrium, circa horam diei tertiam; ita ut paene totus orbis [4] quasi nigerrimo et horrendo scuto [5] uideretur esse coopertus. A. 733. eclipsis solis 14. Aug.

Anno DCC. XXXIIII. luna sanguineo colore [6] perfusa, quasi hora integra, II. Kł. Februarii, [7] circa gallicantum, dehinc nigredine subsequente, ad lucem primam reuersa est. In eodem [8] uero anno Tatwinus [9] archiepiscopus et Beda doctor coeli conscenderunt palatia. A. 734. Luna obscuratur 31. Ian. Tatuini ob. 30. Iulii. Baeda ob. 25. Maii.

Anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo quinto, [10] sanctus Eadwardus rex, [11] filius Æthelredi regis, et filius Emmae [12] filiae Ricardi, ducis Normanniae, et frater Eadmundi Irneside ex parte patris, exactis in regno XXIII. annis [13] et mensibus VI. et XXVII. diebus, in uigilia Epiphaniae [14] felici morte uitam A. 1066. S. Eadweard R. ob. 5. Ian.

---

[1] anno] de hoc calculo v. *B. h. e.* 5, 23. in fine edd. et *Haighii* Conq. p. 175.

[2] DCC. XXXIII.] V. *B. Append. Mm.* p. 288., ita legit *B.* l. c., cum quo concinit *Chron. Sax.* DCC. XXX. *cod.*

[3] XVIII.] XIX. Kal. Septembris *B.* l. c. sed XVIII. *V. L.* l. c.

[4] orbis] orbis solis *B.*

[5] scuto] sicut *cod.*

[6] colore] rubore *B.* l. c.

[7] Februarii] Februariarum *B.*

[8] eodem] Cf. *Flor.* 1, 53. *Malmesb.* Rgg. p. 80 sqq.

[9] Tatwinus, Beda] „Doruuernensis archiepiscopus Tatwine III. Kal. Augusti de saeculo migrauit. . Sacerdos uenerabilis, monachus per omnia laudabilis, computator mirabilis, Beda sanctissimus, secundum Anglicas chronicas, *anno praesenti* (DCC. XXXIV.), secundum uero suum discipulum Cuthbertum, qui eius obitum descripsit suaeque decessioni cum aliis quam plurimis interfuit, *anno sequenti,* ante Ascensionem Dominicam IV. feria, id est *VIII. Kal. Iunii (25. Maii)*, circa horam X. in magna mentis deuotione et tranquillitate, ultimum e corpore spiritum efflauit sicque gaudens ad regna coelestia migrauit." *Flor. Wig.* 1, 53. Anno DCC. XXXV. Beda doctor obiit in Gyruum *Sim. Dunelm. Mm.* p. 659. Cf. etiam *Smithium* in Uita Baedae p. 803. et *Stevens.* Introd. 4, 15. n. 1.

[10] quinto] lege MLXVI. secundum *Flor.* 1, 225. et *Rog. Wend.* 1, 511.

[11] Eadwardus rex] V. *Henr. Huntend.* Mm. 761. ed. Savile (Francof.) p. 367. *Chron. de Mailros.* p. 159 sq. *Ingulph.* (Savile p. 900.): *Anno milleno sexageno quoque seno Anglorum metae crinem sensere Cometae.*

[12] filius Emmae] *Immam* nominat *Eadm. hist. nouorum* col. 349.

[13] XXIII. annis] V. *Flor.* 1, 224.

[14] in uigilia Epiphaniae] Anglorum decus, pacificus rex Eadwardus . . . indictione IV., Epiphaniae Domini uigilia, feria V. mortem obiit Lundoniae et in crastino sepultus est regio more. *Flor.* Obiit pridie Nonas Ianuarii *Ailred.* de Uita et Mir. Edw. Conf. Cuius *depositionis festum* V. die mensis Ianuarii, quo obiit, celebratur; festum uero *translationis* eius XIV. die mensis Octobris habetur. *Bromton* ap. Twysd. col. 956 sqq. Non XIV. sed XIII. Octbr. V. The Chronol. of history p. 113. et *Piperi* Calend. p. 116.

Haraldus R. laudabilem terminauit; et secundo die[1] Haraldus consecratus
A. 1066. est in regem. In sequenti uero anno, Willelmus comes Nor-
Willelm. Haraldum caedit ap. manniae uenit in Angliam; et pugnauit contra eundem Haral-
Hasting. 14. Oct. dum regem et uicit eum cum exercitu suo apud Hastinge[2] II.
coronatur Idus Octobris; et in proxima natiuitate Domini sublimatus est
25. Decbr. in regem.

Bledinus 25. Aug. Anno M. LXVIII.[3] (fuit) bellum[4] in Bleduna.[5]

A. 1069. Anno M. LXIX.,[6] ex quo corpus beati Cuthberti ab Alduno
translatio S. Cuthberti. episcopo in Dunelmum[7] est perlatum LXXXIII.,[8] tertio uero[9]
regni Willelmi anno, idem Willelmus[10] rex Anglorum quendam
Rob. Cumin. Robertum,[11] cognomine Cumin, populis Norhamhimbrorum[12]

---

[1] secundo die] *Quo* (Eadwardo) *tumulato,...* subregulus *Haroldus* ad regale culmen *electus, die eodem ab Aldredo Eboracensi archiepiscopo in regem est honorifice consecratus Flor. Mm.* p. 613. *Th.* 1, 224. Haraldus, *ipso tumulationis* die, dum plebs in exsequiis dilecti regis adhuc maderet fletibus, a *solo Stigando* consecratus est. Ita *Order.* (col. 284.), quem, tanquam calumniatorem, castigat *Lappenbergius* (1, 532. n.).

[2] apud Hastinge] Commissum est hoc proelium pridie Id. Octobr. *in die Sancti Calixti,* die sabbati, luna XXII. *Annal. Waverl.* Gale 2, 130. hora tertia *Order.* col. 297. Cf. *Huntend.* Sav. p. 369. Copiae Anglorum ad locum, qui *Senlac* antiquitus uocabatur, conuenerant. *Order.* l. c. „certamen Senlacium" *Order.* col. 333. V. *Lappenb.* 1, 554. n. *Th.* 2, 301. n.

[3] M. LXVIII.] M. XLVIII. *cod.*

[4] bellum] i. e. *proelium,* ut *Mlmesb.* Regg. ed. Hardy p. 625. de Migne col. 1356. et saepius.

[5] Bleduna] V. *Annal. de Margan* Gale 2, 1. anno 1069. Griffinum, regem Walensium et prius bello uicit (Eadwardus), et postmodum multis nisibus resurgere conantem capite priuauit; successores duos ex satellitibus suis, fratres eiusdem Griffini, *Blegent* et Riwallonem, qui eum obsequio demeruerant, constituens *Mlmesb.* Regg. 1, 385. *Flor. Mm.* p. 612. *Th.* 1, 222. *Chron. Sax.* 1, 330. *Chron. de Mailr.* anno 1064. Bledin regnauit anno 1068. *Wharton.* Angl. Sacra p. XXXIII. Tempore Normannicae cladis, quae nimiis oppressionibus Anglos immoderate conquassauit, *Blidenus, rex Gallorum, ad auunculos suos suppetias uenit secumque multitudinem Britonum adduxit....* Fit, ex consensu omnium, pro uindicanda libertate pristina procax conspiratio et obnixa contra Normannos coniuratio. Exoritur in finibus Trans-Humbranis uehemens perturbatio cet. *Orderic.* col. 314. cf. col. 569. Eo tempore.. ascitis sibi in auxilium regibus Walanorum, *Blethgento* uidelicet et Rithwalano, Edricus (cognomento Siluaticus, filius Ælfrici, fratris Edrici Streonae,) *circa assumptionem S. Mariae* Herefordensem prouinciam usque ad pontem amnis Lucge deuastauit ingentemque praedam reduxit *Flor.* 2, 1. *Lappenb.* 2, 76. Blethyn-ap-Conuyn obiit circa annum 1073. *Lappenb.* 2, 135.

[6] M. LXIX.] Quae sequuntur monachus noster ex historia translationis S. Cuðberti (Stevens. p. 309. §. 30. cf. *Evv. Nordh.* p. XCI. sq.) ad uerbum desumpsit.

[7] Dunelmum] Dunhelmum *h.*

[8] LXXXIII.] septuagesimo quarto *h.*

[9] tertio uero] tertio uero regni sui *h.*

[10] idem Willelmus] Willelmus rex Anglorum *h.* p. 310.

[11] Robertum] Rodbertum *h.*

[12] Norhamh.] Northanhymbrorum *h.*

praefecit [1] comitem. Qui, cum DCC. [2] hominibus, Dunelmum [3] ueniens et ibi per domos hostiliter agens, occisus est ibi cum suis omnibus, praeter unum, qui uulneratus euasit, V. Kł. [4] Februarii. Unde rex offensus ducem quendam, qui eius mortem ulcisceretur, cum exercitu direxit. Cum autem ad Aluertuniam [5] uenissent et iam mane facto Dunelmum [6] profecturi essent, tanta nebularum densitas est orta, [7] ut uix astantes sese alterutrum uidere, uiam nec ullo modo ualebant inuenire. Stupentibus illis, [8] quid hoc esset, et conferentibus inuicem, quidnam facerent, affuit qui diceret, homines illos quendam, [9] in urbe sua sanctum habere, nomine Cuthbertum, qui eis in aduersis semper protector adesset; quos [10] nemo impune, illo [11] uindicante, laedere ualeret. Quibus auditis, ad propria sunt reuersi. [12] 28. Ian.

Anno M. LXXI. [13] Eadwinus dux occisus est. A. 1071. Eadwin. dux occiditur.

Anno M. LXXV. [14] obiit Eaditha regina. Rogerus et Radulfus [15] duces uoluerunt tradere regem. A. 1075. ob. Eadgitha Reg. 19. Decbr.

M. LXXVI. Waltheuus [16] comes decollatus est. A. 1076 Waltheof Comes decollatur 31. Maii.

---

[1] praefecit comitem] comitem praefecit *h.*

[2] mille ducentis] septingentis *h.*

[3] Dunelmum] Dunhelmum *h.*

[4] V. Kal.] quinto Kalendas Februarii *h.*

[5] Aluertuniam] Aluertonam *h.*

[6] Dunelmum] Dunhelmum *h.*

[7] est orta] orta est, ut uix sese alterutrum uidere, uiam uero inuenire nullo modo ualerent *h.*

[8] stupentibus illis] et conferentibus *h.*

[9] quendam] quemdam in sua urbe sanctum habere, qui eis in adu. cet. *h.*

[10] quos] eosque a nemine unquam impune laedi permitteret *h.*

[11] illo] illos *cod.*

[12] sunt reuersi] reuersi sunt *h.*

[13] M. LXXI.] V. *Annal. de Marg.* anno 1070. *Flor.* 2, 9. anno 1071.: Edwinus regem Scottorum Malcolmum adire decreuit; sed in ipso itinere a suis insidias perpessus occiditur. *Chron. Sax.* 1, 346. anno 1072.: her Eadwine eorl ⁊ Morkere eorl hlupon ut ⁊ mislice ferdon on wuda ⁊ on feldon, oð þ Eadwine wearð ofslægen fram his agenum mannum, ⁊ Morkere mid scype gewende to Helig. Cf. *Mlmesb.* Rgg. 2, 427.

[14] M. LXXV.] V. *Annal. de Marg.* anno 1075. *Flor.* 2, 11. anno 1074.: Edgitha, regis Haroldi germana, quondam Anglorum regina, Decembr. mense, IV. Kł. Ianuarii (XV. Kł. Ian. *Matth. Paris* p. 8. VII. nihton ær Xpes mæssan *Chron. Sax.* 1, 348. 349.) decessit Wintoniae; cuius corpus, regis iussu, Lundoniam delatum iuxta corpus domini sui, regis Eadwardi, honorifice est in Westmonasterio tumulatum.

[15] Rogerus et Radulfus] Rogerus, Herefordensis comes; Radulfus (de Waher *Mlmesb.* Rgg. 2, 428. Ralph de Guader *Lappenb.* 2, 120 sqq. *Th.* 2, 287. n.) East-Anglorum comes. *Flor.* 2, 10. anno 1074.

[16] Waltheuus] V. *Annal. de Marg.* Gale 2, 1. Uita et passio Waldeui Comitis in *Gilesii* Lives of AS. 1 sqq. *Mlmesb.* Rgg. 2, 427. §. 253. *Ingulf.* p. 902, 54. *Henr. Huntend.* p. 456 sq. Savile. *Lappenb.* 2, 125. 121. Comes Waltheofus (quem *Digera* Danico uocabulo, i. e. *fortem*, cognominabant *Mlmesb.* l. c.), iussu regis Willelmi, extra ciuitatem

A. 1078. ob. Herm. ep. Saresb., succedit Osmundus. M. LXXVIII. obiit Hermannus[1] episcopus Seresberiae,[2] et Osmundus[3] successit.

A. 1080. Walcherus trucidatur. M. LXXX. uentus[4] ualidus in natale Domini. Walcherus[5] episcopus Dunelmensis occisus est.

Wintoniam ductus, indigne et crudeliter securi decapitatur *Flor.* 2, 12. anno 1075. on Sce. Petronella mæssedæg. ⁊ his lic wearð gelæd to Crulande. ⁊ he þær is bebyrged *Chron. Sax.* 1, 350. 351. 2, 182. pridie Kalend. (Iunii) *Ingulf.* p. 903.

[1] Hermannus] Herimannus *Flor.* 1, 199. 204. Heraman ł Hereman *Chron. Sax.* anno 1045. 1049. Brihtwoldus Wiltoniensis ep. obiit (1045.), cui *regis capellanus Herimannus,* de Lotharingia oriundus, successit *Flor.* 1, 199. Herimannus, Wiltunensis episcopus, et Aldredus, Wigornensis antistes, *Romam ierunt Flor.* 1, 104. „on þæs cinges ærende, . . . ⁊ hi comon on Easter æuen ðyder“ add. *Chron. Sax.* anno 1049.; redierunt anno 1050. vel 1051. „her on þysum gere comon þa biscopas ham from Rome“ *Chron. Sax.* anno 1050. *cod. B.* 1. Anno 1055. Herimannus . . . offensus, quia ei sedem episcopalem transferre de uilla, quae *Reamnesbyrig* (Ramsbury in agro Wiltonensi) dicitur, ad abbatiam Malmesbyriensem rex nollet concedere, episcopatum dimisit marique transfretato apud Sanctum Bertinum (St. Omer) monachicum habitum suscepit ibique in ipso monasterio III. annis mansit. *Flor.* 1, 214. Sed in dies in Angliam reditum meditabatur . . . quumque afflasset secundus rumor aures eius, Alfwoldum episcopum Sciregburnensem obiisse, cuius episcopatum suo uniendum antiquis Edgithae reginae promissis opperiebatur . . . concitatior ueniens congruum spei suae effectum inuenit. Accepit ergo Hermannus Sciereburnensem episcopatum integrum. . . Sub (Willielmo uero), cum ex canonum decreto edictum esset (anno 1076. v. *Bromton* Twysd. col. 975, 53 sqq.), ut sedes episcoporum ex uillis ad urbes migrarent, tribunal suum transtulit a Sciereburnia *Salesberiam* . . . Illic inchoata noui operis ecclesia, morte senili (anno 1077. X. Kal. Mart., secundum *Chron. Sax.* cod. Laud.) tempus dedicationis praeuenit. *Mlmesb.* de Gestis Pontif. ed. Mignei col. 1538. *Flor.* 1, 236. *Wright* Biographia Brit. lit. p. 514 sqq.

[2] Seresberiae] Sereberie *cod.*

[3] Osmundus] Cf. quae anno 1092. et 1099. afferuntur. Hermanno . . successit Osmundus, regis (Willielmi) cancellarius, XXIV. annis sedens. Hic ecclesiam nouam apud Saresberiam aedificauit et clericos insignes tam literis quam cantu aggregauit (V. infra anno 1089.), *ita ut ipse episcopus libros scribere, illuminare et ligare non fastidiret.* Hic composuit librum ordinalem ecclesiastici officii, quem *Consuetudinarium* („the Use of Old Sarum“ v. *Maskell* Ancient liturgie p. LVIII. XLVI.) uocant, quo fere tota nunc Anglia, Wallia et Hibernia utitur. *Bromton* Twysd. col. 976, 62 sqq. *Mlmesb.* Gesta Pontif. l. c. V. ad annum 1099. notata.

[4] uentus] nimius fuit uentus in nocte Natalis Domini. *Annal. de Marg.* Gale 2, 1.

[5] Walcherus] genere Lotharingus (de clero Leodicensis ecclesiae *Sim. Dunelm.* de gestis Rgg. Angl. Twysd. col. 203.) successit 1071. Ægelwino in episcopatum Dunholmensem, anno 1080. in loco, qui dicitur Caput Caprae (Gatesheued, Gateshead) II. Idus Maii, *feria V*, a Northymbrensibus est occisus, in ultionem necis Liulfi nobilis generosique ministri. *Flor.* 2, 13. *Lappenb.* 2, 131. ad 133. 123. *Whart.* Anglia S. 1, 703. *Mm.* 687. n. d. *Evv. Nordh.* p. XCIII. ad XCVIII. *Mlmesb.* Regg. 2, 451 sqq. de Gestis Pontif. col. 1584 sqq. *Sim.*

M. LXXXIII. obiit Matilda[1] regina. A. 1083. Matilda R. ob.

M. LXXXIIII. Wibertus[2] papa sedem accepit. A. 1084. Wibertus P.

M. LXXXVII. obiit[3] Willelmus, rex Anglorum; et Willelmus filius regnum suscepit. A. 1087. Willelm. R. ob.

M. LXXXIX. Osmundus episcopus constituit canonicos XXXVI. in ecclesia Salisberiensi. Obiit Lanfrancus[4] archiepiscopus. Terrae motus[5] factus est. A. 1089. Canonici Salesb. Lanfranc. archiep. obit.

M. XCII.[6] Osmundus dedicauit ecclesiam[7] Salesberiensem cum VII. episcopis. A. 1092. dedic. eccl. Salesb.

M. XCIII. Anselmus ad archiepiscopatum electus est.[8] A. 1093. Anselm. electus.

Dunelm. hist. de Dunelm. eccl. Twysd. col. 41, 60 sqq. VIII. Idus Martii translatio episcoporum Dunelmensium Alduini, Walcheri, Willelmi, et Turgoti episcopi Scottorum. *Liber Uitae* p. 149.

[1] Matilda] *Annal. de Marg.* l. c. Anno 1068. post pascha (23. Mart.) comitissa Mahtilda de Normannia uenit Angliam, quam die Pentecostes (11. Maii) Aldredus Eboracensis archiepiscopus consecrauit in reginam *Flor.* 2, 2. anno 1083. Regina Mahtilda IV. Nonas Nouembris, feria V., decessit in Normannia, et Cadomi est sepulta. *Flor.* 2, 17.

[2] Wibertus] Withbertus *Annal. Marg.* Wibertus (Clemens III.) antipapa anno 1084. 24. Mart. Romae consecratur. *Jaffé* p. 443. obiit anno 1100. *Flor.* 2, 44.

[3] obiit] Willielmus rex Angliae senior ob. VIII. Idus Septembr. *Annal. Marg.* cf. *Chron. Mailr.* pag. 161. Male. Iduum Septembr. die V. *Flor.* on þone nextan dæg æfter Natiuitas Sce. Marie *Chron. Sax.* i. e. 9. Septembr. V. Idus Septembr. feria V. *Orderic.* Postquam XX. annis, mensibus X., et XXVIII. diebus genti Anglorum praefuit ... regnum cum uita perdidit et Cadomi *(Caen)* . . requiescit. *Willelmus* autem, *filius eius*, Angliam festinato adiit ... et VI. Kal. Octobris (26. Septbr.), die Dominico, in Westmonasterio a Landfranco, Doruberniae archiepiscopo, *in regem consecratus* est. *Flor.* 2, 20. V. *Mlmesb.* Rgg. p. 460. *Order.* col. 551.

[4] Lanfrancus] Willelmus rex anno 1070. Lanfrancum . . . die Assumptionis S. Mariae (15. Aug.) archiepiscopum constituit Cantuariensis ecclesiae, et in festiuitate S. Iohannis Baptistae (III. Kal. Septbr. i. e. 29. Aug. *Chron. Sax.*), die dominica, archiepiscopum consecrari fecit Cantuariae. *Flor.* 2, 7. Obiit anno 1089. IX. Kal. Iunii, feria V. *Flor.* 2, 7. 26.; non IX. Kal., sed V. Kal. Iunii. V. uitam Lanfranci, a Milone Crispo ł Crispino scriptam, in *opp.* ed. Giles 1, 281. 300.

[5] terrae motus] Eodem anno III. Idus Augusti, sabbato, circa horam diei tertiam, terrae motus permaximus extitit per Angliam. *Flor.* 2, 26. *Chron. Mailr.* p. 161. *Annal. Marg.* Gale 2, 2.

[6] M. XCII.] M. LXLII. *cod.*

[7] ecclesiam] quam Searesbyriae in castello construxerat, cum adiutorio episcoporum Walcelini Wintoniensis et Iohannis Bathoniensis *Non. Aprilis, feria II.*, dedicauit (*Flor.* 2, 30. *Sim. Dunelm.* ed. Twysden col. 217, 39.); sed „tectum et turres ecclesiae uiolentia fulminis omnino deiecit, quinta die, postquam eam dedicauerat Osmundus episcopus“ *Annal. Marg.* l. c.

[8] electus est] II. Non. Martii (*Whart.* Catalog. Roffens. archiep. Cant.); uenit Cantuariam VII. Kal. Octobris (25. Septbr.), et „immensa monachorum clericorum totiusque plebis alacritate susceptus ad regendam ecclesiam Dei locum pontificis, magno deductus honore, con-

A. 1094. Malcolm. R. et Marg. Reg. ob. M. XCIIII. obierunt Malcolmus.[1] rex Scottorum. et Margareta regina.

A. 1096. Iter Hierosol. M. XCVI. Urbanus papa[2] iter Ierosolymis praedicauit.

A. 1098. Walchel. ob. Antioch. capta. M. XCVIII. obiit Walchelinus[3] episcopus. Antiochia [a] Christianis capta est.[4] Cometa[5] apparuit.[6]

A. 1099. Osm. ep. ob. Hierosol. capta. M. XCIX. obierunt Osmundus episcopus.[7] et Urbanus[8] papa. Ierusalem a Christianis capta est.[9]

A. 1100. Will. R. ob. Thom. archiep. ob. M. C. obierunt Willelmus[10] rex iunior, et Thomas[11] archiepiscopus senior. Henricus[12] regnum accepit.

---

scendit" *Eadmer* ed. Migne col. 372. consecratur II. Non. Decbr. (*Whart.* l. c.); pallium Cantuariae accepit die IV. Idus Iunii, referentibus Mlmesb. et Radulfo de Diceto *Whart.* l. c.; obiit anno 1109. XI. Kal. Maii (*Whart.* 1, 109. v. infra *anno* c.); sedit annis XVI. et obiit anno aetatis suae LXXVI. *Whart.* 1, 7. *Chron. Sax.*

[1] Malcolmus] Malcolmus III., cognomine Canmore, obiit die Sancti Bricii episcopi et confessoris (13. Noubr.) anni 1093. *Lappenb.* 2, 176 sqq. „Post aliquod tempus, dum Melcoma rex ad sua uellet remeare muneribusque multis honoratus a rege rediret pacifice, prope fines suos Rodbertus de Malbraio cum Morello nepote suo et militibus armatis occurrit et ex insperato inermem interfecit" *Order.* ed. Migne col. 620., quem ad locum confer notam *Thomae Forester* 3, 11. V. praeter hos *Flor.* 2, 31. 32. *Huntingd.* p. 225 sqq. *Mlmesb.* Rgg. p. 424. *Chron. de Mailr.* p. 162. *Chron. Sax.* 1, 360.

[2] Urbanus papa] V. *Chron. de Mailr.* p. 166. *Flor.* 2, 39.

[3] Walchelinus] episcopus Wintoniensis; sedit ab anno 1071. ad 1098.; successit Willielmus Giffard. *Chron. de Mailr.* l. c. *Forester* ad Orderic. col. 721. *Flor.* 2, 41.

[4] capta est] III. Non. Iunii. *Chron. de Mailr.* l. c.

[5] cometa] commeta *cod.*

[6] apparuit] III. Kal. Octobris per XV. dies apparuit. *Flor.* l. c.

[7] episcopus] Osm. ep. Saresberiensis decessit III. Non. Decbr. „innon Aduent" *Chron. Sax.* 1. 364. anno 1099. V. *Bromton* ap. Twysden col. 995. *Sim. Dunelm.* de gestis Rgg. Angl. col. 224. 61. feria VI. *Flor.* 2, 44. *Mt. Par.* p. 51.

[8] Urbanus] obiit III. Kal. Aug. (30. Iulii) feria V. *Sim. Dunelm.*

[9] capta est] V. *Mlmesb.* Rgg. 565. 567. *Chron de Mailr.* p. 162.

[10] Willelmus] IV. Non. Augusti, feria V., indictione VIII., rex Anglorum Willelmus iunior, dum in Noua Foresta, quae lingua Anglorum *Ytene* nuncupatur, uenatu esset occupatus, a quodam Franco Waltero, cognomento Tirello, sagitta incaute directa percussus uitam finiuit („on morgen æfter Hlammæsse dæge" *Chron. Sax.* 1, 364.) *Flor.* 2, 44 sq. *Chron. de Mailr.* p. 162. *Annal. Waverl.* ap. Gale 2, 141. 142.

[11] Thomas] archiepiscopus Eboracensis XIV. Kal. Decbr., die Dominica, ex hac uita decessit Eboraci; cui successit Herefordensis episcopus Gerardus *Flor.* 2, 48. Thomas archiep. octauis sancti Martini, hoc est XIIII. Kal. Decembris apud *Rypon* obiit. V. Actus Pontificum Eboracens. auctore *Thoma Stubbs* ap. Twysd. col. 1709.

[12] Henricus] in regem coronatus est Londoniae Nonis Augustis, quarto post obitum fratris die *Mlmesb.* p. 618. 619. On þæne þunresdæg he (*Willem*) wæs ofslagen ⁊ þæs on morgen bebyrged . . ⁊ on þam Sunnandæge þæræfter hine (Willelmes broðer Heanrig) se biscop

M. CI. die natali Domini, in basilica beatae Mariae apud Bethleem, [Baldewinus[1]] a Daiberto patriarcha una cum episcopis cleroque ac populo assistentibus, in regem honorifice sacra unctione sullimatus et coronatus est. A. 1101. Baldewin. rex creatur 25. Decbr.

M. CII. Rogerus[2] ad episcopatum Seresberiae electus est. A. 1102. Roger. ep. Saresb.

M. CIIII. facta est incorrupti corporis sancti Cuthberti translatio[3] siue manifestatio, post annos depositionis eius CCCC. XVIII. V. menses et XII. dies; qui est quintus annus regni Henrici regis, episcopatus uero Ranulfi[4] VI. A. 1104 translatio S. Cuthberti 24. Aug.

---

of Lundene Mauricius to cynge gehalgode, ⁊ him ealle on þeosan lande to abugan ⁊ aðas sworan ⁊ his men wurdon *Chron. Sax.* 1, 364.

[1] Baldewinus] A. D. 1100. magna gloria in Bethleem die Dominicae Natiuitatis a Daiberto patriarcha coronatus est Baldewinus, fausta omnibus acclamantibus *Mlmesb.* p. 586. *Flor.* 2, 49. *Order.* col. 693. *Forester* 3, 148. n.

[2] Rogerus] in festiuitate S. Michaelis rex (Henricus) fuit Lundoniae apud Westmonasterium, ... ubi duos de clericis duobus episcopatibus inuestiuit, Rogerium uidelicet cancellarium episcopatu Searesbyriensi et Rogerium larderarium suum pontificatu Herefordensi *Flor.* 2, 51. De Rogero, ep. Seresberiensi, luculenter agit *Mlmesb.* Rgg. 636 sqq. 727.

[3] translatio] S. Cûðberti facta est IX. Kal. Aug. „*Corpus S. Cuthberti episcopi* ob quorundam abbatum incredulitatem, *pontificante Ranulfo episc.* ostensum est et a *Radulfo* Sagiensi (*de Séez*) abbate, postmodum Rofensi episcopo et deinde Cantuariensi archiepiscopo, et fratribus Dunelmensis ecclesiae, cum capite sancti Oswaldi Regis et Martyris, sanctique Bedae multorumque sanctorum reliquiis, certo iudicio, incorruptum inuentum est, praesente *Alexandro* comite, Eadgari regis Scottorum fratre, *postea rege*“ *Roger de Hoved.* ed. Savile, Francof. p. 470, 30. sqq. e *Flor.* 2, 53. *Orderic.* col. 396. (*Forester* 2, 149.) *Bromton* ap. Twysd. col. 1003. *Chron. de Mailr.* p. 163. *Mlmesb.* de gestis pontif. ed. Migne col. 1586. Praeter uiros supra nominatos in hac S. Cûðberti eleuatione secunda praesentes fuerunt Turgotus Prior, Alduinus Subprior, Leofwinus, Wikingus, Godwinus et Osbernus sacristae, Henricus et Willielmus cognomento Havegrun, utrique archidiaconi, et Algarus postea Prior, ac Symeon. V. *Reginaldi* monachi Dunelm. libell. de admirandis b. Cûðb. uirtutibus in appendice libri de S. Cûðberto anno 1828. a *Iacobo Raineo* editi. Primam corporis S. Cûðberti leuationem, „transactis sepulturae eius annis undecim“ i. e. A. D. 698. XIII. Kal. April. (20. Martii) monachi Lindisfarnenses fecerunt (v. Evv. Norðhumbr. p. XLIV sq.), secundam monachi Dunelmenses IX. Kal. Septbr. anni 1104.; tertio „dissolutionis domuum religiosarum“ tempore anno 1540. corpus Sancti denuo exhumatum est (v. Acta SS. Bolland. 20. Mart. p. 138. Heggei Legend. S. Cûðberti p. 49. Raineum l. c. 174.); denique, cum XVI. Kal. Iunii anni 1827. sancti ossa quarto in lucem proferrentur, pia fraus per temporis spatium 1129. annorum nutrita detecta est. V. librum *Rainei,* qui ultimae huic effossioni adstitit ordinemque rei institutae accurate conscripsit.

[4] Ranulfi] de Ranulfo, cognomento *Flambard, Passeflambard* uel de *Passeflabere* v. *Flor.* 2, 46—48. *Mlmesb.* Rgg. p. 619. *Annal. Winton.* anno 1125. *Lappenb.* 2, 167 sqq.

A. 1105. incendium Baiocar. M. CV. Henricus rex Baiocos incendit.[1]

Normannia adquisita. M. CVI. Henricus rex Normanniam adquisiuit.[2] Cometa apparuit in mense Febr.

A. 1107. Roger. ep. Eadgar R. ob. 7. Ian. M. CVII. ordinatio Rogeri[3] episcopi Seresberiae. Obiit Eadgarus,[4] rex Scotiae.

A. 1108. Gundulf ep. ob. S. Mart. Radulf. M. CVIII. obiit Gundulfus[5] episcopus, et Radulfus[6] successit.

A. 1109. Anselm. archiep. ob. 21. April. M. CIX. obiit Anselmus[7] archiepiscopus; et Henricus, rex Angliae, dedit imperatori filiam suam.[8]

A. 1110. Cometes. M. CX. cometa[9] apparuit in mense Iunio.

A. 1111. Bohemund. et Eul. ob. Paschalis P. captus. M. CXI. Boiamundus[10] obiit et Eulalia abbatissa. Papa Paschalis[11] captus est Romae.

---

[1] Baiocos incendit] V. *Flor.* 2, 54. et cf. *Mlmesb.* Rgg. 625. *Chron. de Mailr.* p. 163.

[2] adquisiuit] pugna apud *Tenenchebrei* „sabbato in sancti Michaelis uigilia" (28. Sept.) commissa *Mlmesb.* Rgg. 624. 625. *Flor.* 2, 55. *Chron. de Mailr.* l. c.

[3] ordinatio Rogeri] quinque episcopi, inter quos Rogerus erat, „simul Cantuariam uenerunt et in die dominica, quae fuit III. Idus Augusti (11. Aug.) ab Anselmo consecrati sunt" *Flor.* 2, 56. *Mlmesb.* Rgg. p. 636. 649. *Chron. de Mailr.* l. c.

[4] Eadgarus] obiit *VIII. Idus Ianuarii* (6. Ian.) *Flor.* 2, 55. Ðises geares eac forðferde se cyng Eadgar on Scotlande *Idus Ianuar.* (13. Ian.), ⁊ feng Alexander his broðer to þam rice, swa se cyng Henri him geuðe *Chron. Saxon.* 1 368. *V. Idus Ian.* (9. Ian.) obiit Edgarus rex Scottorum. V. Obituar. minus ecclesiae Dunelm. in *Libro Uitae* eccl. Dunelm. p. 149.; sed uerus obitus eius dies est *VII. Idus Ianuarii.*

[5] Gundulfus] episcopus Hrofensis obiit *VIII. Idus* Mart. *Orderic.* col. 800. 1511 sqq. Uita *Gundulphi* in Whart. Angl. S. 2. p. 273—292. *Chron. Sax.* 1, 387. *Chron. de Mailr.* p. 163. *Thomae Wrightii* Biograph. Britannica 2, 41 sqq. *Nonis* Mart. (7. Mart.) secundum *Flor.* 2, 57.

[6] Radulfus] Seifredi de Scurris (*Escures*) fil. episcopus Hrofens. creatus est V. Idus Aug. anno 1108., in archiep. Cantuariens. promotus VI. Kal. Maii (26. April.), diem obiit XIII. Kal. Noubr. (20. Octbr.) 1122. V. *Mlmesb.* de Gestis Pontif. col. 1506. 1509. 1512 *Guilielm. Paruus* 1, 19. *Orderic.* col. 579. *Forester* 2, 465. *Whart.* Angl. S. 1, 392. 2, 271 sq. 290 sqq.

[7] Anselmus] obiit „septimo decimo archiepiscopatus anno, monachatus autem XLIX. aetatisque suae LXXVI., XI. Kal. Maii, feria IV., ante Coenam Domini" *Orderic.* col. 377. *Forester* 2, 117 sq. *Whart.* Angl. S. 1, 109.

[8] filiam suam] Matildem ex Matilde susceptam dedit rex Henricus Henrico (V.) imperatori Alemanniae, filio Henrici *Mlmesb.* Rgg. p. 655. *Flor.* 2, 60. *Chron. de Mailr.* l. c.

[9] cometa] *Flor.* 2, 60. *Chron. de Mailr.* p. 163.

[10] Boiamundus] Boamundus in Apulia, dum ad Antiochiam iter meditatur, defungitur *Mlmesb.* Rgg. p. 601. mense Februario *Hardy* ad h. l. *Orderic.* lib. 11, 25. *Forester* 3, 390.

[11] Paschalis] Henricus Teutonicus Romam ueniens Paschalem papam cepit et in custodia posuit; sed postea statim reconciliati sunt *Chron. de Mailr.* l. c.

M. CXIIII. obiit Thomas[1] archiepiscopus iunior.

A. 1114. ob. Thom. II. archiep. 24. Febr.

M. CXV. obiit Maria comitissa de Bolonia. II. Kalendarum Iunii.

A. 1115. Maria Com Bol. ob. 31. Maii.

M. CXVIII. obierunt Paschalis[2] papa et Matildis,[3] regina Angliae, et Arnulfus patriarcha, et Baldewinus[4] rex Ierusalem.

A. 1118. ob. Pasch. P. Matild. Arnulf. patr. Baldew. R.

M. CXIX. obiit Gelasius papa, et terra mota est. IIII. Kł. Octobris.

A 1119. Gelas. P. ob. Terrae motus 28. Septbr.

M. CXX. Willelmus, filius Henrici regis, et Ricardus, frater eius, et Ricardus, comes de Cestria, cum multis nobilibus naufragio pereunt.[5]

A. 1120. Multorum nobilium interitus 25. Noubr.

M. CXXII. obiit Radulfus,[6] archiepiscopus Cantuariae.

A. 1122. ob. Rad. arch. 19. Octbr.

M. CXXIII. obierunt Iohannes,[7] episcopus Batoniae, et Robertus,[8] episcopus Lincolniae.

A. 1123. ob. Ioh. et Rob. epp.

M. CXXIIII. obiit bonae memoriae Alexander,[9] rex Scottorum, VII. Kł. Maii.

A. 1124. ob. Alexander R. 25. April.

---

[1] Thomas] archiep. Eboracensis ob. VI. Kal. Martii, feria III. *Flor.* 2, 67. *Whart.* Angl. S. 1, 297.

[2] Paschalis] papa obiit XIV. Kal. Februar. (19. Ian.) *Flor.* 2, 71. Alii aliter. V. Regesta Pontiff. ed. Iaffé p. 526.

[3] Matildis] regina ob. Kal. Maii (1. Maii) *Flor.* l. c.

[4] Baldewinus] rex obiit initio mensis April. V. *Mlmesb.* Rgg. 597.

[5] naufragio pereunt] sub ipso crepusculo VII. Kal. Decembris, apud Barbelflet, super scopulos, qui dicuntur Chaterase *Mlmesb.* Rgg. p. 653. Nobilissimi eorum, qui fluctibus perierunt, fuerunt hi: Willelmus regis filius, Ricardus frater eius, Ricardus comes Cestrensis, Otthuel frater eius, Willelmus Bigod, Gausfridus Riddel, Walterus de Euerci, Gausfridus Herefordensis archidiaconus, filia regis comitissa de Perceio, neptis regis comitissa de Cestria et alii quam plurimi *Flor.* 2, 74. *Chron. Saxon.* 1, 373. Naui nomen erat Candidae Nauis, *Blanche-Nef.* V. *Orderic.* col. 888 sqq. Nulla unquam fuit nauis Angliae tantae miseriae, nulla toti orbi tam patulae famae *Mlmesb.* Rgg. p. 654. *Chron. Geruasii* Twysd. col. 1339.: periit (nauis) in scopulis Barbefluuii . . . et, *sicut Merlinus praedixerat,* catuli leonis in aequoreos pisces sunt transformati. *Willelmus Paruus* 1, 20.

[6] Radulfus] obiit XIII. Kal. Nouembr. *Eadmer.* col. 524. XIIII. Kal. Nouembr. *Flor.* 2, 77.; successit Willelmus de Corbellis. V. annum 1136.

[7] Iohannes] Bathoniensis episcopus IIII. Kal. Ianuarii (29. Decbr.) obiit *Flor.* l. c. *Bromton* ap. Twysd. 1014, 39.

[8] Robertus] Robertus Bloet, Lincoliensis episcopus, mense Ianuario dum apud Wudestoc equo sedens cum rege Henrico colloquium haberet, subito decidere coepit et obmutuit; deportatus ad hospitium morte improuisa obiit *Flor.* l. c. *Rog. de Houed.* ed. Sauile p. 477. *Rog. de Wend.* ed. Coxe 2, 202. *Chron. Saxon.* p. 374.: on an Wodnesdei, þæt wæs on IIII. Idus Ianuarii (10. Ian.).

[9] Alexander] V. *Flor.* 2, 78. *Orderic.* col. 621. *Chron. de Mailr.* p. 164. Alexander regnauit ab VIII. Ian. die 1107. ad 27. *Aprilis* 1124. V. *Nicolas* the Chronology of history p. 380. Ordinem regum Scotiae recensent *Flor.* 2, 252 sq. *Mlmesb.* Regg. p. 627. *Bromton* ap. Twysd. col. 966 sq. *Chron. de Mailr.* p. 158 sq. Alexandro I. successit Dauid I.

A. 1125. Fames. Concilium. ob. Vicecomes. M. CXXV. Magna fames et magnum concilium.[1] Obiit G' . . uicecomes.

A. 1128. Eccl. s. crucis. M. CXXVIII.[2] coepit fundari ecclesia sanctae crucis de Edenesburch.

A. 1129. ob. Willelm. ep. Wint. 25. Ian. Henr. consecr. 17. Noubr. M. CXXIX. obiit Willelmus,[3] episcopus Wintoniae, et Henricus consecratus est.[4]

A. 1130. Anegus occiditur. M. CXXX. Anegus,[5] comes Morauiensis, a Scottis interfectus est.

A. 1133. eclipsis 5. Aug. M. CXXXIII. eclipsis facta est, Nonis Augusti.[6]

A. 1135. ob. Henric. R. 2. Dec. Stephanus R. M. CXXXV. obierunt Henricus,[7] rex Angliae, IIII. Nonarum Decembris, et Stephanus[8] ei successit.

A. 1136. Will. Cant. ob. 26. Noubr. M. CXXXVI. Willelmus[9] Cantuariensis episcopus obiit et

---

[1] concilium] celebrata est synodus Lundoniae, in ecclesia beati apostolorum principis apud Westmonasterium, mense Septemb., IX. die eiusdem mensis, i. e. V. Idus Sept. *Flor.* 2, 81. q. v.

[2] M. CXXIX.] Quae sequuntur monachus e *Chron. Mailrosensi* ad uerbum desumsit. Cartam fundationis ecclesiae s. crucis Edwinesburgensis (*Holyrood*) ex archiuis eruit et huic nostro Chronico praemisit *Robertus Pitcairn*. Cf. praef. nostram.

[3] Willelmus] Wintoniensis episcopus, *VIII. Kal. Febr.* defunctus Wintoniae sepelitur *Flor.* 2, 91.

[4] consecratus est] Henricus, regis Henrici nepos, abbas Glastoniensis, ad praesulatum Wintoniensis eccl. mense Octob. electus, a Willelmo, Cantuariensi archiepiscopo, XV. Kal. Decembr., die dominica, consecratur episcopus *Flor.* l. c.

[5] Anegus] eius nomen uarie scribunt auctores: Anagus (*Chron. Sax.* 1, 380.), Anegus, Aragois (*Orderic.*), Arageis, Arragois (*Robertus de Monte* ed. Lud. Bethmann in Pertzii Monum. Germ. tom. VI. p. 489.). Aragois, comes Morafiae, cum Melcolfo et V. millibus armatorum Scotiam intrauit . . Porro Éduardus, Siwardi filius, . . facta congressione Aragois consulem occidit eiusque turmas prostrauit cepit atque fugauit *Orderic.* col. 622. Cf. *Chron. de Mailr.* p. 165. *Church historians* IV, 2. p. 703. notam Stevensonii.

[6] Nonis Augusti] *IIII. Non. Augusti* (2. Aug.), IIII. etiam feria *Flor.* 2, 94. *Chron de Mailr.* p. 165.; sed *Mlmesb.* historia nouella p. 700.: erant tunc *Nonae* Augusti.

[7] Henricus] obiit IIII. *Nonas* Decembr. (*Flor.* 2, 95.) apud Liuns in Normannia (*Geruas.* Twysd. col. 1339.) *Kal.* Decbr. *nocte* decessit *Mlmesb.* hist. nouella p. 700. *Huntingd.*, *Houed.*, *Chron. Saxon.* — *Bromton* col. 1020, 48.

[8] Stephanus] de die accessionis Stephani auctores uariant. Coronatus est in regem Stephanus *undecimo Kalendas Ianuarii* (22. Decbr.) dominica, tribus episcopis praesentibus, . . . uicesima secunda die post excessum auunculi *Mlmesb.* hist. nou. p. 704. *Chron. de Mailr.* l. c. *XIII. Kal. Ian.* (20. Decbr.) die dominica *Flor.* 295. þe arceb'. Willelm halechede him to kinge on midewintre dæi (25. Decbr.) *Chron. Saxon.* 1, 382. *XVIII. Kal. Ian.* secundum *Orderic.* col. 945. V. praeterea *Lappenberg.* 2, 299.

[9] Willelmus] de Curbellis ob. VI. Kal. Decbr. *Geruas.* Actus Pontiff. Cantuar. col. 1664, 58. XII. Kal. Decbr. (20. Noubr.) *Flor.* 2, 98. XI. Kal. Decbr. (21. Noubr.) *Chron. Geruasii* ap. Twysden col. 1342. V. *Wharton* Anglia Sacra 1, 110.

Ricardus,[1] filius Gilleberti. Dedicatio Glascuensis ecclesiae[2] Nonis Iulii. eccl. Glascuens. dedicatur 7. Iulii.

M. CXXXVII. quinto decimo Kł. Decembris fuit bellum inter Scottos et Anglos. A. 1137. 1. Decbr. inter Scotos et Angl. pugnatur.

M. CXXXVIII.[3] Episcopus Salisburiae et episcopus Lincolniae et cancellarius capti sunt a rege Stephano. A. 1138. Episcopi Salisb. et Lincol. et cancell. capiuntur.

M. CXL. Stephanus rex capitur[4] Lincolniae a comite Glocestriae et a ceteris, qui sustentabant partem imperatricis. A. 1140. Stephan. R. capitur.

M. CXLVII. obiit Iohannes,[5] episcopus de Glascu. Iter Ierosolymis secundo praedicatur. A. 1147. Iohannes ep. Glasc. obit 28. Maii.

M. CL. dedicata est ecclesia de Dunfermelin.[6] Alwinus[7] abbas a cura pastorali se sponte deposuit et Osbertus eandem suscepit. Obiit etiam ipse Osbertus abbas eodem anno XV. Kł. Decembris. A. 1150. Eccles. Dunferm. dedicata. Alwino abb. Eadwinesb. succedit Osbert. qui ob. 17. Noubr.

M. CLII. Willelmus abbas electus est. Obiit Matildis,[8] regina Angliae, V. Nonarum Maii. Obiit Henricus, comes Northanhumbrorum, filius Dauid, regis Scotiae, II. Idus Iunii.[9] Ascalon a Christianis capta est. A. 1152. Willelm. abb. Eadw. Matild. Reg. ob. 3. Maii. Henric. comes ob. 12. Iunii Ascalon capta.

M. CLIII. obiit piae memoriae Dauid,[10] rex Scottorum, IX. Kł. Iunii, dominica ante ascensionem Domini. Cui successit in A. 1153. Dauid R. ob. 24. Maii. Malcolm IV. Virgo.

---

[1] Ricardus] amabilis Gisleberti filius (*Fitz-Gilbert*), Walensium praeuentus insidiis, XVII. Kal. Maii (15. April.) perimitur *Flor.* 2, 97.

[2] Glascuensis ecclesiae] dedicatio. V. *Chron. de Mailr.* l. c. et *Rob. Keith* historical catalogue of the scottish bishops ed. *M. Russel* p. 231.

[3] M. CXXXVIII.] capitur a rege Salesbyriensis Rogerus (de quo v. *Flor.* 2, 107. 113. et *Mlmesb.* hist. nou. p. 636 sqq. 649. 692. 703. 715. 716. 727 sqq.), cum Alexandro, episc. Lincolniensi (*Flor.* 2, 85. *Mlmesb.* l. c. 715.), et filio Rogero, Pauper censu cognomine (*Flor.* 2, 108.), qui erat cancellarius regis. V. *Orderic.* col. 974 sq. *Roger Hoved.* 484, 22. *Lappenb.* 2, 328 sqq.

[4] capitur] in obsidione Lincolniensis castelli, die purificationis sanctae Mariae, dominica die Sexagesimae (2. Febr.), a Glocestrensi comite Roberto, auunculi sui filio, et a Cestrensi comite Ranulpho *Flor.* 2, 129. *Lappenb.* 2, 341 sqq.

[5] Iohannes] episcopus Glascuensis V. Kal. Iunii et sepultus est Gedeworthi. V. *Keith* l. c. 232. *Chron. Mailr.* p. 167.

[6] Dunfermelin] Cf. infra annum 1154. Petrum quendam monachum et *priorem ecclesiae Dunifermelinae* anno 1120 nominat *Eadmer* hist. nouorum col. 510. *Keith* l. c. 403.

[7] Alwinus] abbas coenobii sanctae crucis Edwinesburgensis primus, subscripsit cartae fundationis eiusdem monasterii. Cf. *Pitcairn* l. c. p. IX. XIII. et infra annum 1155.

[8] Matildis] uxor Stephani regis *Sim. Dunelm.* ap. Twysd. p. 280, 15 sqq. *Rog. de Hoved.* Savile 490, 39. *Chronic. de Mailr.* p. 167.

[9] II. Idus Iunii] post Pentecosten *Sim. Dunelm.* l. c. Henricus, unicus Dauid regis filius, Northumbriae comes et regni successor speratus, cum ingenti Anglorum simul et Scottorum luctu morte immatura rebus excessit humanis *Willelm. Paruus* p. 62.

[10] Dauid] Dormiuit ergo rex Scottorum Dauid cum patribus suis, uir magnus et gloriosus in seculo, nec mi-

Eugenius P. ob. S. Iulii. Bern. Clareuall., Eustach., Rader, Simon North. et Henric. archiep. obierunt.

Stephan. R. et Henr. comes Andeg. pacem inierunt 6. Noubr.

regnum Malcolm,[1] nepos eius, aetate XII. annorum,[2] filius Henrici, praedicti comitis Northumbriae. Obiit Eugenius[3] papa, cui successit Anastasius; et abbas B(ernardus)[4] Clareuallensis, et Eustachius comes, filius Stephani, regis Anglorum. Rad(er)[5] quoque, comes Cestriae, et Simon, comes Northantuniae; Henricus[6] etiam, archiepiscopus Eboracensis. Stephanus rex Angliae, cum Henrico, nobilissimo comite Andegauiae, pacem et fidem perpetuam, in die festo sancti Leonardi abbatis,[7] iniit. Eo die apud Scotiam Sumerlede[8] et nepotes sui, filii scilicet Malcolmi, associatis sibi plurimis, insurrexerunt in regem Malcolm et Scotiam in magna parte perturbantes inquietauerunt.

A. 1154. Willelm. archiep. Eboracens. Româ redux ob.

M. CLIIII. Willelmus,[9] archiepiscopus Eboracensis, permittente piissimo papa Anastasio, ad archiepiscopalem cathedram cum summo honore reuersus est et intra VII. septimanas

noris gloriae in Christo. Nam, sicut accepimus a fide dignis testibus, qui eius uitam actusque nouerunt, uir fuit religiosus et pius: uir multae prudentiae summique moderaminis in administratione temporalium et nihilominus magnae deuotionis in Deum: uir propter regni negotia ad diuina nequaquam officia segnior, uel propter diuina quibus insistebat officia ad negotia regni obtunsior *Willelm. Paruus* p. 63. V. *Rog. de Hoved.* Sauile 490, 46 sq., *Sim. Dunelm.* col. 281, 46 sqq.: Dauid Rex apud Karlel pressus infirmitate IX. Kł. Iunii obiit, cuius memoria per omnes generationes in benedictione est. Similis illius principis in diebus nostris non fuit... Praedicabile quidem in eo, quod in spiritu consilii et fortitudinis barbarae gentis suae feritatem sapienter moderatus est ... Regnauit autem XXIX. annis corpusque eius ad Dunfermelin delatum in sepulchro regum Scotiae sepultum est, ubi et sancta Margareta, mater eius, requiescit.

[1] Malcolm] Tollens igitur omnis populus terrae Melcholmum, filium Henrici Comitis, filii ipsius Dauid regis apud Scotiam, sicut consuetudo illius nationis est, puerum admodum duodennem constituerunt regem pro Dauid auo suo *Sim. Dunelm.* l. c.

[2] XII. annorum] quadraginta II. annorum *cod.*; correxit manus secunda in: XII. annorum. De hoc Malcolmo IV. Virgine fusius agit *Willelm. Paruus* p. 67 sqq. V. annum 1165.

[3] Eugenius] papa obiit VIII. Idus Iulii *Jaffé* p. 652.

[4] Bernardus] B. *cod.*

[5] Rader] Rad' *cod.*; fortasse legendum est *Raher. L. U.* p 55. col. 3.

[6] Henricus] archiepiscopus Eboracensis apud Beuerlacum pridie Idus Octobris (14 Octbr.) obiit *Sim. Dunelm.* l. c. Cf. *Stubbs* Twysd. col. 1721.

[7] Leonardi abbatis] i. e. VIII. Idus Noubr. Decretum est, ut Stephanus de cetero tanquam princeps legitimus integre in Anglia cum gloria et honore regnaret, Henricus uero ei, tanquam haeres legitimus, in regno succederet *Chron. Walteri de Hemingb.* 1, 76.

[8] Sumerlede] V. infra ad annum 1164.

[9] Willelmus] in Angliam rediens et suam alumnam Wintoniensem ecclesiam uisitans, ad sedem propriam Eboracensem ueniens in solemnitate Pentecostes inter missarum solemnia ueneno interfectus est et post paucos dies migrauit ad Christum *Wharton* Angl. Sacra 1, 72. Eboracum intrauit VII. Idus Maii *Stubbs* col 1722. *Rog. de Hoved.* p. 490, 49. *Chron. de Mailr.* p. 167. *Sim. Du-*

defunctus est. Hugo[1] etiam, Romae consecratus, Dunelmensem episcopatum suscepit. Maxima fames et pestilentia animalium apud Scotiam facta est. Arturus, regem Malcolm proditurus, III. Kł. Martii duello periit. Obiit Gaufridus[2] abbas de Dunfermelin, et nepos eius Gaufridus in loco eius successit. Rogerus[3] de Ponte episcopi in archiepiscopatum Eboracensem consecratus est. Obiit Stephanus,[4] rex Angliae, VIII. Kł. Nouembris, et Henricus, dux Normanniae, XIIII. Kł. Ianuarii, regni diademate insignitur. Obiit Duncan, comes de Fif. Malcolm rex dedit ecclesiam de Trauernent canonicis de Castello Puellarum.[5] Christianus in episcopum Galwaiae, eodem die quo et rex Angliae Henricus, ab archiepiscopo Rotomagensi[6] apud Germundeseiam[7] consecratus est.

Hugo ep. Dunelm. Fames et pestilentia. Arturus perit 27. Febr. Gausfrid. prim. abb. Dunferm. ob. Roger archiep. Eboracens. consecratus 10. Octbr. Stephan. R. ob. 25. Octbr. Henricus R. coronatur 19. Decbr. Duncan comes ob. Malcolm R. canonicos in eccl. de Trauern. instituit. Christianus ep. Galwaiae consecratur.

nelm. col. 66, 41. V. praeterea *Willelm. Paruui* historiam Anglicanam 1, 47 sq.

[1] Hugo] de huius electione et ordinatione v. *Simeon. Dunelm.* Twysden col. 66, 38 sqq. Hugo, thesaurarius Eboracensis, cognatus regis, consecratus est ab Anastasio (IV.) papa in episcopum Dunelmensem Romae dominica ante natale Domini *Chron. de Mailr.* p. 167.

[2] Gaufridus] V. *Flor. Contin.* 2, 90. anno 1128.: Doruberneusis prior *Gausfridus*, rege Scottorum Dauid petente, et archiepiscopo Willelmo annuente, abbas eligitur ad locum in Scotia, qui Dunfermelin dicitur, et a Rotberto, praesule ecclesiae S. Andreae, ordinatur Cf. *Keith* l. c. 403.

[3] Rogerus] Cantuariensis archidiaconus, dono regis Stephani, Willelmo in archiepiscopatu Eboracensi successit. *Roger de Hoved.* col. 491, 1. *Whart.* l. c. 1, 72. *Flor.* 2, 138. Rogerus Cantuariensis archidiaconus die festo sancti Paulini (VI Idus Octbr.) in Eboracensem archiepiscopum consecratus est a Theobaldo, Cantuariensi archiepiscopo, apud Westmonasterium; sed professionem non fecit *Radulf. de Diceto* Twysd. col. 529, 6 sqq. Obiit 1181. XII. Kł. Decbr. Cf. annum citatum et *Radulf.* l. c. col. 613, 1. *Stubbs* Twysd. col. 1722. 1723, 62.: Obiit apud Schirebourne VI. Kł. Decbr. anno Domini M. C. LXXXI.

[4] Stephanus] V. *Annal. de Marg.* Gale 2, 7. *Annales Weverleienses* Gale 2, 158 *Bromton* Twysd. col. 1043, 2. Eodem anno rex Stephanus multa obsedit castella et obtinuit et multa ex iis prostrauit, inter quae fuit fere ultimum castellum de Drax, et paulo post obiit rex Stephanus et sepultus est in abbatia de Feueresham *Rog. de Hoved.* 491, 1 sqq. Rex uero post concilium in Cantia constitutus morbo decubuit; quo ingrauescente post dies paucos decessit, mense Octobri, et sepultus est apud Feueresham in monasterio a se ante aliquot annos constructo, anno regni sui nonodecimo *Willelm. Paruu* 1, 87. *Obituar. eccl. Dunelm.*: VI. Kł. Nouembris ob. Ethelstanus et Stephanus, reges Angliae; Matild' regina Angliae, et Galfridus, prior Dunelmensis.

[5] de castello Puellarum] Oppidum montis Agned, quod nunc Castellum Puellarum dicitur *Galfr. Monmouth.* hist regg. Britanniae 2, 7. *Evv. Nordh.* p. II. „*Agwet*, the name anciently given to the hill on which the castle of Edinburgh stands“ *Jamieson's* scottish dictionary s. v.

[6] Rotomagensi] Hugone Ambianensi. de quo cf. *Galliam Christ.* 11, 43. Stevenson.

[7] Germundeseiam] Bermundeseiam *Apogr. Lambeth.* Germund nomen uiri est. V. *L. V.* p. 79.

A. 1155. ob. Anastas. P. 2. Decbr. et Ailwin. abb.

M. CLV. Obiit Anastasius, cui successit Adrianus. Obiit Ailwinus, abbas primus ecclesiae sanctae crucis.

A. 1156. Dofnald cum patre captus.

M. CLVI. Dofnaldus,[1] filius Malcolm, apud Witterne captus est et cum patre suo incarceratus.

A. 1157. Malcolm Macbeth paciscitur c. rege. Eustachius cadit in Wallia.

Conuentus regum.

Fratres templi.

M. CLVII. Malcolm Mabeth cum rege Scottorum pacificatus est. Rex Angliae Henricus exercitum duxit in Walliam,[2] et ibi Eustachius,[3] filius Iohannis, cum pluribus aliis cecidit. Tandem Walenses pacem cum rege fecerunt. Rex Scotiae reddidit[4] regi Angliae Northanhimbriam et Cumberlandiam; rex autem Angliae dedit ei comitatum Hunteduniae. Fratres plures templi Ierosolymorum in proelio corruerunt.

A. 1158. Gaufridus moritur.

M. CLVIII. obiit[5] Gufridus, frater H(enrici), regis[6] Angliae.

A. 1159. Robert. ep. S. Andreae ob.

ob. Willelm. comes Bol. et Adrianus P. ob. 1. Septbr. Alexander (Roland) P. Octauianus (Victor) P.

M. CLIX. obiit bonae memoriae Robertus,[7] episcopus sancti Andreae. Rex Scotiae Malcolmus iuit cum rege Angliae Henrico ad Tolosam[8] et ab eodem rege Henrico gladio militiae accinctus est in Turonensi. Obiit Willelmus,[9] comes Boloniae, filius Stephani regis. Obiit Adrianus[10] papa, cui successit Alexander, expulso Octauiano, qui in sedem apostolicam profane aspirauit.

---

[1] Dofnaldus] Douenaldus, filius Malcolmi, apud Witterne captus est et incarceratus *in turre de Rokesburc* cum patre suo *Chron. de Mailr.* p. 167.

[2] in Walliam] hanc expeditionem describit *Will. Paruus* l. 2. cp. 5. p. 95 sqq.: de bello Walensium, et quomodo in gratiam regis redierunt.

[3] Eustachius] uir magnus et grandaeuus atque inter primos Angliae proceres diuitiarum et sapientiae titulis refulgens cum Roberto de Curci, aeque nobili uiro, aliisque pluribus interiit *Will. Paruus* l. c. p 96.

[4] reddidit] V. *Chron. de Mailros.*

[5] obiit] hanc uocem om. *cod.*

[6] regis] rex *cod.*

[7] Robertus] A. D. 1122. electus est Robertus, Prior de Scona, in episcopum (S. Andreae) ad instantiam regis Alexandri I. Consecratus fuit idem a Thurstino, Eboracensi archiepiscopo, sine professione, salua utriusque ecclesiae dignitate, apostolicae sedis auctoritate. Stetit electus per biennium; consecratus stetit 35 annis; et sic electus et episcopus stetit 37 annis . . . et obiit A. D. *1159.* et sepultus est in antiqua ecclesia Scti Andreae, tempore Malcomi regis. V. *Fordun. Keith* l. c. p. 4. 8. Anno *1159.* obiit Rodbertus, ep. Scti Andreae. *Chron. de Mailr.*

[8] Tolosam] de expeditione Tolosana, et de illustri comite Barcinonensi agit *Willelm. Paruus* l. 2. cp. 10. p. 110 sqq.

[9] Willelmus] In eodem uero exercitu (Tolosam obsidente) obierunt Willielmus, comes Boloniae, filius regis Stephani, et Hamo, filius comitis Gloucestriae, et multi alii *Rog. de Hov.* 491, 58 sq.

[10] Adrianus] Eodem anno Adrianus papa obiit, cui successit Alexander papa III. canonice electus et consecratus. Sed Fredericus, Romanorum imperator, nolens eum recipere, erexit sibi idolum, Octauianum sc. antipapam, quem, in execrabili concilio et conuenticulo sanguinum aduersus Papam Alexandrum facto, cum gente sua statuit adorandum, et schisma factum est in ecclesia decem et VIII. annis perdurans *Rog. de Hoved.* p. 491, 52 sqq. 492, 37. 493, 53. *Jaffé* p. 679.

Willelmus,[1] episcopus Morauensis, missus Romam a rege Malcolmo, a praefato Alexandro cum summo honore susceptus, ad Scotiam[2] cum gratia et electione sedis apostolicae remissus est. Willelm. ep. Morau.

M. CLX. Rex Malcolmus duxit exercitum in Galwaiam[3] ter, et ibidem deuictis inimicis suis foederatus est cum pace et sine damno suo remeauit. Fergus,[4] princeps Galwaiae, habitum canonicum in ecclesia sanctae crucis de Ednesburch suscepit et ei uillam, quae dicitur Dunroden, dedit. Ernaldus,[5] abbas de Chelcou, in episcopum Sancti Andreae electus est et a Willelmo,[6] Murauiensi episcopo et apostolicae sedis legato, in ipsa ecclesia sancti Andreae (consecratus est),[7] et Walterus in eius locum surrexit. Iohannes[8] in abbatem de Chelcau electus est et ab Hereberto,[9] Glascuensi episcopo, benedictus.[10] A. 1160. Malcolmus R. Galwaiam subiugat. Fergus, princeps Galwaiae canonicus factus. Ernaldus ep. S. Andreae electus 13. Noubr. consecratus 20. Nou. Iohannes abb. de Chelcou electus 29. Noubr., benedictus 6. Ian.

M. CLXI. Obiit Theodbaldus,[11] Cantuariensis archiepiscopus. Obiit Fergus, princeps Galwaiae IIII. Idus Maii. A. 1161. Theodbald. Cantuar. ob. 18. Apr. Fergus princ. Galw. ob. 12. Maii.

---

[1] Willelmus] V. infra annum 1162.

[2] Scotiam] Scociam *cod.*

[3] Galwaiam] anno gratiae 1160. qui erat annus VI. regni regis Henrici, filii Matildis, imperatricis, Malcolmus, rex Scottorum, rediit in terram suam de exercitu Tolosae, cumque uenisset in uillam, quae dicitur Pert, *Feretach* (Ferquhard comes Strathern. cf. Stevens. Church hist. IV, 1. p. 129.) comes et V. alii comites irati contra regem, quia ipse Tolosam perrexerat, obsederunt uillam de Pert et regem capere uoluerunt; sed non poterant. Malcolmus rex tribus uicibus cum magno exercitu perrexit in Galweiam et tandem subiugauit eam sibi *Rog. de Hoved.* 492, 1 sqq. Cf. *Chron. de Mailr.*

[4] Fergus] v. annum 1161.

[5] Ernaldus] l. Arnoldus (*Keith* l. c. p. 10.) abbas de Calceo (Chelcou, *Kelso*) electus est ad episcopatum Scti Andreae in Scotia *die Scti Bricii episcopi*, quae hoc anno dominica die euenit, et in sequenti dominica, scil. *Scti Edmundi*, consecratus est apud Sanctum Andream in Scotia a Williielmo Murouensi episcopo, sedis apostolicae legato, astante Malcolmo et episcopo et abbatibus et comitibus regni *Chron. de Mailr.* p. 168. V. infra a. 1162.

[6] Willelmo] v. *Keith* l. c. p. 135.

[7] consecratus est] haec uox non legitur in *cod.*

[8] Iohannes] Iohannes eccl. Chalcouensis cantor Arnoldo abbati successit, *uigilia Scti Andreae* electus et *in die Epiphaniae* a Glascuensi episcopo Hereberto benedictus *Chron. de Mailr.* l. c. In obitu domni *Iohannis, abbatis de Kelchov*, fiet pro eo unum seruitium plenare in conuentu, sicut pro fratre extra ecclesiam decedente fieri solet *Excerpta ex obituario eccl. Dunelmensis.* L. U. p. 138. De abbatia Chelcouensi cf. *Keith* l. c. p. 405 sq.

[9] Hereberto] Herbertus fuerat tertius abbas Selkirkensis et primus Chelcouensis, regnique cancellarius, consecratus est ep. Glascuensis *die Scti Bartholomaei* (24. Aug.) anno 1147. V. *Keith* l. c. p. 232. Obiit anno 1164. q. v.

[10] benedictus] „*benedictio abbatum*, quae fit ab episcopo, cum ii abbates constituuntur“ *Lexicon manuale ad scriptor. med. et inf. latinitatis* s. u. benedictio.

[11] Theodbaldus] Teodbaldus *cod.* Theobaldus *Roger. de Hov.* p. 492, 26. Thedbaldus *Chron. Mailr.* XIIII. Kł. Marc' (lege Maii) obiit Theobaldus Cantuariae episcopus *Obituar. eccl. Dunelm.* L. U. p. 150.

A. 1162. ob. Willelm. ep. Mur. 24. Ian. Thom. archiep. Cantuar. consecratur. Ada soror Malc. nups. com. Hothlandiae. ob. Isaac, prior de Scona. Robertus abb. constitutus. ob. Ernaldus ep. S. Andr. 13. Septr.

M. CLXII. Obiit Willelmus, Murauensis episcopus et apostolicae sedis legatus, IX. Kł Febr. Thomas,[1] cancellarius regis Angliae, in archiepiscopum[2] Cantuariae consecratus est.[3] Ada,[4] soror Malcolmi, regis Scotiae, nupsit Florentio, nobili comiti Hothlandiae. Obiit Isaac, Prior de Scona, et Robertus, canonicus de Iedeuadre,[5] primus abbas in eadem ecclesia constitutus est. Obiit Ernaldus, episcopus sancti Andreae et apostolicae sedis legatus, Idus Septembris.

A. 1163. Henric. R. Angl. in Angl. redit. Ricardus ep. S. Andr. electus. Malcolm. dat regi Angl. obsides. ob. Hero archid. Malcolm. transfert Murau. ob. Willelm. frater regis.

M. CLXIII. Henricus,[6] rex Angliae, pacatis transmarinis partibus, in Angliam rediit. Ricardus,[7] capellanus regis Scotiae, nepos Alwini, abbatis de Edenesburgo, (in) episcopum sancti Andreae electus est. Rex Malcolmus dedit fratrem suum Dauid et alios pueros nobiles regni sui obsides in manum regis Angliae. Obiit Horo, archidiaconus Laodoniae,[8] et rex Malcolmus Mureuienses transtulit. Obiit Willelmus,[9] frater regis Angliae.

A. 1164. Octauianus (Victor IV.) P. ob. 20. April. Guido (Paschalis III.) eligitur 22. April. Andr. Laodonensis.

M. CLXIIII. Octauianus[10] antipapa interiit, et Wido Cremensis,[11] scisma illius fouens, in loco eius successit. Magister Andreas archidiaconus Laodoniae factus est. Sumerlede,[12] regis

---

[1] Thomas] cancellarius regis Angliae et archidiaconus Cantuariensis ecclesiae, optimus sanctae Dei ecclesiae defensor, licet de palatio et seculari habitu assumtus, seculum tamen omnino despiciens *Chron. Mailr.* cf. *Rog. de Hoveden* 492, 28 sqq.

[2] archiepiscopum] epatū *cod.* i. e. episcopatum.

[3] consecratus est] ab Henrico Wintoniensi episcopo in praesentia XIV. episcoporum *in Octauis Pentecostes*, quinque annis cancellariae functus officio, aetatis uero suae annum agens XLIV. *Annal. eccl. Winton. Whart.* l. c. p. 300.

[4] Ada] non Elda, ut apographum Lambethanum legit; male etiam *Chron. Mailr.* et *Rog. de Hoved.* 492, 32.: Malcolmus, rex Scotiae, dedit sororem suam (aliam *Mlr.*) *Adae comiti de Hotland* (Hoilande *Mlr.*) *in uxorem.*

[5] Iedeuadre] Iedeuad'e *cod.* h. Iedeworth.

[6] Henricus cet.] V. *Rog. de Hoved.* 492, 36. *Chron. Mlr.* l. c.

[7] Ricardus] V. infra ann. 1165. et *Keith* l. c. p. 11 sq.

[8] Laodoniae] Laudonia, Laudania, Lodonia h. *Lothian.*

[9] Willelmus] V. *Roger de Hov.* p. 493, 52.

[10] Octauianus] V. *Chron. de Mailr.* Victor IV. antipapa obiit XII. Kł. Maii (20. Apr.) *Jaffé* p. 831. *The Chronology of history* p. 200.

[11] Wido Cremensis] rem̄sis *cod.* Guido Cremensis (Paschalis III.) eligitur a Reinoldo, archiepiscopo Coloniensi, et Victoris IV. cardinalibus X. Kł. Maii. *Jaffé* p. 832. *Chronol. of hist.* l. c. De Guidone cf. *Willelm. Paruum* 1, 108 cet.

[12] Sumerlede] Sumledus (Sumerledus), regulus Eregetheil (i. e. Argatheliae siue Argile; Arregaidele *Hoved.* 493, 54. Argyll *Stevens.*) iam per annos XII. contra regem Scotiae Malcolmum, dominum suum naturalem, impie rebellans, cum copiosum de Hibernia et diuersis locis exercitum contrahens apud Renfriu applicuisset, tandem ultione diuina cum filio suo (Gillecolan *Fordun*) et innumerabili populo a paucis comprouincialibus ibidem occisus est *Chron. de Mailros.*

Scotiae aduersarius, cum maxima classe apud Reinfriu praedaturus applicuit, et ipse ibi et filius eius, cum innumerabili multitudine suorum, interfectus est. Conuentus uenit ad Cup[rum] [1] et a Gregorio, [2] episcopo de Dunkelde, susceptus est uenerabiliter, et abbas benedictus scilicet F(ulco). [3] Obiit bonae memoriae Herebertus, [4] episcopus Glasgouensis, et Ingelramus, [5] cancellarius regis, ad episcopum electus est et ab Alexandro papa consecratus est. Thomas, [6] archiepiscopus Cantuariensis, propter inimicitias regis in Gallia(m) transfretauit.

Sumerlede interfectus. Monast. de Cupro fundatur. ob. Herebert. ep. Glasg. Ingelramus ep. consecratus 28 Octbr.

M. CLXV. Rex Scotiae M(alcolmus) dedit cancellariam suam Nicholao, [7] clerico suo. Ricardus, electus sancti Andreae consecratus est [8] ab episcopis Scotiae, in ipsa ecclesia sancti Andreae V. Kł. April. Obiit bonae memoriae Malcolmus, [9] rex Scottorum, V. Idus Decembris, et Willelmus, frater eius, in regem sublimatus est, in Vigilia Natał. Domini.

A. 1165. Nicolaus cancellarius. Ricard. ep. S. Andreae consecr. 28. Martii. Malcolmus R. ob. 9. Decbr. Willelm. succed. 24. Dcbr.

---

[1] ad Cuprum] V. *Chron. Mailr.* et *Rog. de Hoved.* 493, 53 sq.: eodem anno facta est abbatia de Cupre a rege Malcolmo. *Liber de Coupar* (*Keith* l. c. p. 420.) de fundatione huius monasterii ita narrat: Anno 1164. „de consilio Sancti Walthei, abbatis de Melross, rex Malcolmus fundauit monasterium de Cupro in Angus;“ et *Boethius* (lib. 13. fol. 279. *Keith* l. c.) hanc abbatiam describens, „ea est, ait, abbacia Diuae Virgini sacra, amplissimis dotata redditibus. Inhabitant eam uiri religiosi ordinis Cistertii, multa pietate celebres, nec in hunc usque diem ullo notati manifesto flagitio.“

[2] Gregorio] g'g' *cod.* De Gregorio, ep. Dunkeldensi, cf. *Keith* l. c. p. 72 sq. et infra annum 1169.; sedit 42 annis.

[3] Fulco] F. *cod.*; sed in margine *Fulco.* V. ann. 1170.

[4] Herebertus] episcopus Glascuensis obiit, cui successit Engelramus, regis cancellarius, consecratus a papa Alexandro apud Senonensem ciuitatem (*Sens*), die apostolorum Simonis et Iudae, licet nuncii Eboracensis archiepiscopi plurimum restiterint *Chron. Mailr.*, *Iord.* 1, 461. *Hoved.* l. c.

[5] Ingelramus] Libertatem eccl. Scot. contra Rogerium, archiep. Eboracens., anno 1159. in concilio prouinciali apud Norham habito, strenue defendit. V. *Keith* l. c. 233. Obiit bonae memoriae Ingelramus ep. Glasc. in die purificationis beatae Mariae, Kł. Martii *Chron. de Mailros.* p. 173.

[6] Thomas] ob intolerabiles sanctae ecclesiae a rege Angliae illatas iniurias recessit ab Anglia. Archiepiscopus Eboracens. uenit Norham (in Northumbria, v. *Keith* l. c.), ut legatione fungeretur per Scotiam; sed nuncii regis Scotiae restiterunt ei et contradixerunt eius legationi, et inde rediit confusus *Chron. Mailr.*

[7] Nicolaus] cancellarius regis Scotorum, ob. anno 1171. *Chron. Mailr.*

[8] consecratus est] dominica *in ramis palmarum*, quae tunc euenit V. Kł. Aprilis *Chron. Mailr.* p. 169.

[9] Malcolmus] obiit *apud Gedewurth* V. Idus Decbris, quod euenit V. feria anno aetatis suae XXV. regnique eius anno XII. et dimidio; cuius corpus honorifice ab omnibus personis ad Dunfermelin delatum sepelitur cet. *Chron. Mailr.* Cf. *Hoved.*

A. 1166. Rob. ep. Bon. et Rob. S. Alb. ob.

M. CLXVI. obierunt Robertus, episcopus Bononiae, et Robertus S(ancti) Albani.

A. 1167. Rob. ep. Lincoln. ob. 8. Ian. Rob. ep. Hereford. ob. Mathildis imp. ob. 10. Septbr.

M. CLXVII. obierunt Robertus,[1] episcopus Lincolniensis, et Robertus,[2] episcopus Herefordensis. Obiit Mathildis[3] imperatrix, mater Henrici, regis Angliae, IIII. Idus Septembris.

A. 1168. Henr. R. desponsat filiam suam duci Sax. ob. Rob. com. Legec. Patricius com. occiditur. Luna obscuratur. Rad., Ricard. et mag. Imerus interficiuntur. ob. Malcolm, comes de Ros.

M. CLXVIII. H(enricus), rex Angliae, dedit filiam suam duci Saxonico.[4] Obiit Robertus,[5] comes Legecestriae. Patricius comes interfectus est. Luna sanguineo rubore perfusa, quasi hora integra; XIII. Kł. Octob'., circa gallicantum, dehinc nigredine subsequente, ad lucem propriam reuersa est. Radulfus Malcaeel et Ricardus, filius Baldewini, et magister Imerus,[6] fraude Scottorum, interfecti sunt, IX. Kł. eiusdem obiit Malcolm Machbeth, comes de Ros.

A. 1169. ob. Greg. ep. Dunk.

M. CLXIX. obiit Gregorius,[7] episcopus (de) Dunchelde.

A. 1170. Dauid miles factus.

M. CLXX. Dauid,[8] frater regis Scotiae, accepit arma ab Henrico seniore, rege Angliae, II. Kł. Ianuarii, eodem anno.

Henricus (III.) R. coronatur 14. Iunii.

Henricus, praedicti Henrici filius,[9] coronatur apud Lundoniam rex totius Angliae, patre suo uiuente, XVIII. Kł. Iulii. Eodem

---

[1] Robertus] de Chennei, ep. Lincoln., obiit sexto Idus Ianuarii *Rog. de Hoved.* 512, 45.

[2] Robertus] ob. magister Robertus de Melun, episcopus uenerabilis Herfordiae; cui successit Robertus Foliot *Chron. Mailr.*

[3] Mathildis] obiit Mathildis, quondam Romanorum imperatrix . . . et sepulta est apud Rothomagum in abbatia, quae dicitur Sancta Maria de Pratis *Rog. de Hov.* 505, 43 sq.

[4] duci Saxonico] Anno Domini 1165. *Reginaldus, Coloniensis episcopus,* qui schisma Octauiani contra papam fouerat Alexandrum, uenit apud Westmonasterium ad regem Henricum, accepturus in coniugem Matildem, filiam regis primogenitam, Henrico duci Saxoniae; cui cum magnates Angliae solemniter occurrissent, Robertus, comes Legecestriae et iustitiarius regis, illum in osculum non recepit, excommunicatus enim erat a papa et non absolutus, unde altaria, super quae ille schismaticus celebrauit, passim sunt subuersa *Rog. de Wend.* 2, 312. Cf. *Rog. de Hoved.* 492, 48 *Rob. de Monte* p. 762. *Paulii* hist. Angl. 3, 59.

[5] Robertus] summus Angliae Iustitiarius. *Hoved.* 512, 53.

[6] Imerus] Im'us *cod.* Imer, nom. propr. uiri, saepius legitur in *L. U.*

[7] Gregorius] g'g' episcopus du'ch'e *cod.* V. *Keith* l. c. 73 sq. Gregorio successit Ricardus, capellanus regis *Chron. Mailr.* p. 170. *Flor.* 2, 254.

[8] Dauid] Willielmus, rex Scottorum, apud Windlesoure (*Windsor*) ad Henricum regem uenit; Dauid, frater eius, in octauis Pentecostes (*31. Maii*) miles a rege Angliae factus est *Chron. Mlrs.* l. c.

[9] Henrici filius] Henricus, rex Angliae, fecit coronari filium Henricum (III.) puerum et in regem apud Lundonias *XI. Kal. Iunii* (22. Maii) in die dominica consecrari a Rogero, usurpatore Eboracensi archiepiscopo cet. *Chron. Mlrs.* l. c. *Rog. de Wend.* 2, 354. Henricus III. obiit, superstite patre, anno 1183. (v. infra) in Castello Martello *The Chronol. of hist.* p. 299. n.

anno Thomas,[1] archiepiscopus Cantuariensis, ab exilio est reuocatus, Henrico regi reconciliatus, et postea interfectus[2] a militibus Henrici regis, in ecclesia Cantuariae, IIII. Kł. Ianuarii. Obiit piae memoriae Fulco, primus abbas sanctae Mariae de Cupro, XIII. Kł. Ianuarii. Requiescat in pace. Amen. Amen. Amen. Cui successit Radulfus.[3]

Thomas archiep. Cantuariensis. interficitur 29. Decbr. ob. Fulco prim. abb. Cuprens. 20. Decbr.; succedit Radulfus.

M. CLXXI.[4] (obiit) Willielmus, abbas de Monte doloroso.[5] Concordatur[6] rex Angliae cum cardinalibus pro morte Thomae, archiepiscopi Cantuariensis.

A. 1171. (ob.) Will. de Monte dol. R. Angl. reconciliatur.

M. CLXXIII. Rex Willelmus Scottorum, congregato exercitu, Karleolum adiit ferro et igne[7] diuersa loca destruxit. Feria II. infra octauam assumptionis S(ancta) M(aria) incepit.

A. 1173. Willelm. R. S. Karleolum uastat. ? eccl. S. Mariae Cuprens. aedificari incepit 24. Aug.

M. CLXXIIII. Iterum[8] et tertio, inuito[9] exercitu, rex Willielmus exiit ad destruendam Northumbriam et secundo[10] Idus Iulii

A. 1174. Will. apud Alnewich capitur 14. (13.) Iulii.

---

[1] Thomas] à Becket; de quo cf. *Flor.* 2, 141. 142. cet.

[2] interfectus] Quinto die dominicae natiuitatis, circa horam uespertinam, Willelmus de Traci, Reginaldus filius Ursi, Hugo de Moruilla et Richardus Brito, de Normannia uenientes ... armis induti militaribus, archiepiscopum uesperas in ecclesia cantaturum e uestigio sunt secuti eumque trucidarunt *Rog. de Wend.* 2, 360. 361. Quatuor omnino habuit ictus sanctus archiepiscopus, omnes in capite; et corona capitis tota ei amputata est *Stephan.* p. 87. *Coxe* ad *Rog. de Wend.* l. c.

[3] Radulfus] monachus de Mailros apud Cuprum in patrem eligitur *Chron. de Mailr.*

[4] M. CLXXI.] post hunc numerum lacuna duarum fere linearum in codice deprehenditur.

[5] doloroso] dolofroso *cod.* Mons dolorosus i. e. Striveling, Stirling. V. *Evv. Nordh.* p. II.

[6] concordatur] ecclesia Cantuariensis per duos cardinales in Franciam missos reconciliata est et paci reddita *Chron. Mailr.* p. 172. Cf. *Roger. de Wend.* 2, 366 sqq.

[7] adiit ferro et igne] rex Scotorum Willelmus . . . uillis compluribus succensis, mulieribus et paruulis interfectis, praedam impretiabilem congregauit. Ad propulsandam ergo tantam iniuriam magnates Angliae occurrentes regem Scotorum ad sua redire compulerunt, qui eius uestigia insequentes totum Lodonesium incendio tradiderunt; quicquid extra muros reperiunt Anglis cessit in praedam; et sic, ad instantiam regis Scotorum, datis usque ad festum Hilarii induciis, magnates Angliae cum uictoria remearunt *Roger de Wend.* 2, 373.

[8] iterum] Willielmus, rex Scotiae, rursus exercitum Alnewic direxit, immo ipse duxit, multos fugauit, multos prostrauit . . . mane facto Willielmus apud Alnewic capitur et ad Richemund cum moerore ducitur et in custodia ad tempus ibi reseruatur. Postquam autem regi Angliae res innotuit, ipsius imperio in Normanniam transponitur et in turri de Faleisio thesaurus desiderabilis seruandus reponitur *Chron. de Mailr.*

[9] inuito] ínito *cod.*

[10] secundo] *tertio* Idus Iunii (1. Iulii), feria sexta *Rog. de Wend.* 2, 378. sexta Sabbati *Willelm. Paruus* l. 2., cap. 23., quod agit „de captione regis Scotorum.“

die sabbati apud Alnewich captus est. Iunior rex Henricus cum patre et Willelmus rex Scotiae et rex Franciae concordauerunt.[1]

Reges concordant.

A. 1175. Will. in patriam redit.

M. CLXXV. Rex Willelmus mense Februario concordatus repatriauit[2] et in mense Augusto rex cum suis ad Eboracum regi Angliae occurrit. Episcopus de Glascau Iocelinus[3] consecratur. M. CLXXVI.[4]

Iocelin. ep. Glasg. consecratur. — A. 1176.

A. 1177. Viuianus cardin. uisitat Scot. et Hibern.

M. CLXXVII. Viuianus[5] cardinalis uenit Scotiam et uisitauit Hiberniam.

A. 1178. Viuianus de Hibern. redux. concil. tenet apud Castell. Puell. Walt. dapifer ob.

M. CLXXVIII. de Hibernia rediit Viuianus Scotiam et concilium tenuit apud Castellum Puellarum et post(ea) rediit Romam. Walter,[6] dapifer regis, obiit.

A. 1179. ob. Ricard. ep. Dunk. et Ricard. ep. S. Andr.

M. CLXXIX. Ricardus,[7] episcopus de Dunkelde, obiit in Quadragesima et post in aestate obiit Ricardus, episcopus Sancti Andreae. De electione Iohannis[8] et consecratione Hu(gonis)[9] fit scisma.

Schisma.

A. 1180. Alexis legatus.

M. CLXXX. Alexis[10] legatus de Roma uenit et, eo mediante,

---

[1] concordauerunt] V. *Chron. Mailr.* et *Rog. de Wend.* 2, 381 sqq. *Will. Paruus* 1, 191 sqq. *Rog. de Hoveden* 545, 24 sqq. *Flor.* 2, 254 sqq.

[2] repatriauit] Willielmus, rex Scotiae, cum suis de custodia rediit ad sua *Chron. de Mailr.*

[3] Iocelinus] ecclesiae Glasguensis electus, ex mandato domini papae Alexandri III. in episcopum consecratus est a domino Eskilo Lundensi archiepiscopo, sedis apostolicae legato et totius Daciae primate, in Claraualle *Chron. Mailr.* et *Keith* l. c. p. 235 sq. Obiit Iocelinus Glascguensis episcopus apud Melros XVI. Kł. April. (VI. Martii) 1199. *Chron. de Mailr.*

[4] M. CLXXVI] ad hunc annum nihil exstat notatum.

[5] Viuianus] V. *Chron. Mailr.;* et praesertim *Willelm Paruu.* 1, 236 sqq.

[6] Walter] Walterus, filius Alani, dapifer Scotiae, familiaris noster, diem obiit, cuius anima uiuat in gloria *Chron. de Mailr.* p. 174.

[7] Ricardus] V. *Chron. Mlr.* p. 174. sub anno 1178.

[8] Iohannis] magister Iohannes, cognomine *Scottus,* ad episcopum sancti Andreae electus est, sed rege Willielmo totis uiribus electioni eius (contra) ueniente, Hugonem, capellanum suum, regia fretus potestate, in ecclesia sancti Andreae, ut uoluit, episcopum consecrari fecit. Hinc inde grauis contentio et periculosa diuisio emersit *Chron. de Mailr.* V. *Rog. de Hoved.* p. 598 sqq.

[9] Hugonis] Híí *cod.* i. e. Hu, Hew ł aliis Hugo. V. *Keith* p. 11 sq.

[10] Alexis] Aleyis *cod.* Alexis, sanctae Romanae ecclesiae subdiaconus et apostolicae sedis nuncius, ut de facto ecclesiae sancti Andreae uerum cognosceret, regnum Scotiae cum Iohanne electo, rege Willielmo uix permittente, intrauit plurimosque turbauit et cor regis ad iram prouocauit. Iohannes, Scti Andreae electus, a domino papa Alexandro mittitur in curia confirmatus, sed, pro dignitate ecclesiae Scti Andreae et regis honore, in sede episcopali a quibus uellet episcopis consecrandus. Quem Alexis praedictus, post multa consilia pluraque grauamina, etiam excommunicatis quibusdam regis clericis, insuper episcopatu sancti Andreae interdicto, tandem conuocatis episcopis, abbatibus religiosisque uiris apud Castellum Puel-

magister Iohannes consecratur apud Castellum Puellarum, in octaua Pentecostes, et post dies paucos iterum, rege Willielmo resistente, Iohannes exulatur, et scisma efficitur.

M. CLXXXI. Obiit piae memoriae Alexander III. papa,[1] et Lucius tertius successit; et Rogerus,[2] archiepiscopus Eboraci, obiit. A. 1181. Alexander III. P. ob. 30. Aug. Rogerus archiep. Ebor. ob. 20. Noubr.

M. CLXXXII. Willelmus, rex Scotiae, tribus diebus generale concilium tenuit, cum legatis domni Lucii papae, de concordia Iohannis et Hugonis, episcoporum. A. 1182. Concilium generale.

M. CLXXXIII. Magister Iohannes et Hugo, episcopi, Romam redierunt. Obiit rex Angliae iunior.[3] A. 1183. Ioh. et Hugo ep. ob. Henric. III. 13. Iunii.

M. CLXXXIIII. Conuentus uenit ad Rothin.[4] A. 1184. Conuentus de Rothfan.

M. CLXXXV. IIII. Kł. Ianuarii obiit Andreas Kathenesensis[5] episcopus. Kł. Maii, circa horam nonam, eclipsis solis[6] facta est, sub rege Willelmo Scottorum. A. 1185. ob. Andr. ep. Cathenes. 29. Decbr. Eclipsis solis.

Anno ab incarnatione Domini M. CLXXXVI., Willelmus, rex Scotiae, de manu Henrici, regis Angliae, accepit et desponsauit Erminigildam,[7] quadam feria VI. in autumpno; magister Baldewinus, archiepiscopus Cantuariensis, officium desponsionis A. 1186. Willelmi regis Scott. desponsatio. 5. Septbr.

larum in ecclesia sanctae crucis octaua pentecostes, scilicet VI. Idus Iunii (13. Iunii) a Matthaeo episcopo de Aberden, ex mandato domini papae Alexandri, ad praenominatam sedem in antistitem Iohannem magnifice consecrari fecit. Iohannes autem consecratus, et absque episcopatu se intelligens, extemplo prae timore regis et indignatione regalium, prouinciam moerens reliquit et ad tutiora se contulit *Chron. de Mailr.* p. 174. 175. Cf. *Rog. de Hoveden* l. c.

[1] Alexander III papa] obiit III. Kł. Septbr. *Jaffé* p. 827. *The chronol.* p. 200.

[2] Rogerus] Rog' *cod.* Obiit XII. Kł. Decbr. *Rog. de Wend.* 2, 407. *Willelm. Paruus* 1, 223 sqq. X. Kł. Decbr. *Chron. de Mailr.*

[3] rex Angliae iunior] Henricus iunior, rex Angliae, obiit anno XIIII. coronationis suae, apud oppidum, quod dicitur Martel, III. Idus Iunii *Chron. de Mailr.* V. quae ad annum 1170 annotauimus.

[4] Rothin] fortasse legendum est *Rothfan.*

[5] Kathenesensis] Katheniensis *cod.* Obiit piae memoriae Andreas, episcopus de Cathenesse, III. Kł. Ian. apud Dunfermelin *Chron. de Mailr.* et *Keith* l. c. 206.

[6] eclipsis solis] facta est Kł. Maii feria IIII. post nonam, et stellae apparuerunt *Chron. de Mailr.*

[7] Erminigildam] Rex Scottorum Willielmus desponsauit cognatam Henrici regis Angliae, Ermengardam nomine, filiam uidelicet uicecomitis de Bello Monte (Beaumont), qui erat filius filiae prioris filii Willelmi Bastard, in capella regis de parco apud Wudestoc, praesente rege, cum magna gloria, Non. Septbr. feria VI. luna XVIII. *Chron. de Mailr.* Addit *Rog. de Hoved.* p. 632, 3 sq.: Et dominus rex Angliae reddidit ibi regi Scotiae Castellum Puellarum, quod idem rex Scotiae statim dedit praedictae Ermengard, uxori suae, in dotarium, et in augmentum dotarii sui dedit ei centum libratas reddituum et quadraginta milites feodatos. Cf. etiam *Chron. Walteri de Hemingburgh* 1, 149.

illi fecit apud Wudestoc; et domnus Iocelinus, Glascuuiensis praesul, benedictionem super regem et reginam compleuit in camera.

Pax eccl. Cuprensis uiolata 17. Noubr. In subsequenti hyeme, scilicet XV. Kł Decembris, per uim Malcolmi, comitis Ætholiae, uiolata est pax sanctae ecclesiae apud Cupro, quia Adam cognomento et filius Duuenaldi captus est, qui uthlagus [1] regis fuit, et quidam sociorum i. e. nepos eius ante altare decollatus; ceteri uero numero LVIII. in abbatis hospitio exusti et occisi fuerunt.

A. 1187. Duuenaldus occiditur 31. Iulii. Anno M. CLXXXVII. secundo Kł. August., feria VI., apud Ros occisus est Duuenaldus, filius Willielmi, aduersarius Willielmi, regis Scotiae, et multi potentes aduersarii cum ceteris occubuerunt, et pax diu turbata reddita est regi et regno per Dei misericordiam [2] et uirtutem. Die [3] sabbati factum est discrimen belli inter Christianos et paganos, et capta est crux [4] uera Ierosolimis, et christianitas grauiter confusa. Eodem anno a domino papa missus est H(enricus) episcopus et cardinalis, quondam abbas Clareuallensis, ad Philippum regem et ad Henricum, regem Angliae. Philippus et Henricus RR. sumunt crucem. Qui, audita apostolica mandatione, et comperta totius sanctae ecclesiae necessitate, Deo inspirante, pariter crucem sumpserunt, [5] et multi alii cum eis. Sed statim postea Henricus, rex Angliae, deposita cruce, solita werrae [6] machinamenta intulit Philippo, regi Franciae, et in subsequenti anno obiit, scilicet anno ab incarnatione Domini M. CLXXXIX., et Ricardus, [7] filius eius, successit in regnum. A. 1189. ob. Henric. II. R. 6. Iulii ob. Radulfus abbas Cupr. Kał. Augusti obiit Radulfus abbas de Cupre, cui successit Adam.

---

[1] uthlagus] ags. *ûtlaga*, exlex. V. *Thorpii* Ancient Laws ind. et *Reinholdi Schmidii* leges AS. p. 671.

[2] misericordiam] mīa' *cod.*

[3] Die] ante hanc uocem *cod.* lacunam quartae partis uersus ostendit.

[4] capta est crux] V. *Chron. de Mailr.*

[5] crucem sumpserunt] anno 1188. Philippus, rex Francorum, et Henricus, rex Anglorum, et comes Ricardus Aquitaniae, et Philippus, comes Flandriae, et archiepiscopi et episcopi, et comites et barones, et populus innumerabilis diuitum et pauperum, utriusque sexus nobiles, interna inspiratione compuncti signum salutis deuote susceperunt *Chron. de Mailr.*

[6] werrae] i. e. belli. „in tempore werrae" *Magna Charta* in Rogeri de Wend. florib. histor. 3, 309. *the wer*, bellum, contentio; v. *the Brus* writ be master Johne Barbour p. 22, 12. 83, 81. 190, 86 361, 54. *Piers Ploughman: werre* p. 287. 316. 383. 394. 434 cet.

[1*] obiit] Henricus rex, filius imperatricis, obiit II. Non. Iul., sepultus est ad Fontem Ebraldi *Flor.* 2, 157. *Rog. de Hov.* 654, 18.

[7] Ricardus] comes absoluitur tam a Cantuariensi quam a Rothomagensi archiepiscopis, quia contra patrem arma mouerat. Ricardus comes coronatur in regem Lundonii III. Non. Septbr. (3. Septbr.), quo die apud Lundoniam Iudaei

Anno M. CC. octogesimo sexto [1] XIIII. Kł. April. [2] obiit [3] Alexander, rex Scotiae, casu fortuito in itinere uersus Kyngorñ. A. 1286. ob. Alexand. III. R. Scot. 19. Martii.

Anno Millesimo CC. nonogesimo sexto, tertio Kł. Aprił. capta fuit uilla de Berwic [4] per Anglos, et eodem die ad mensem factum fuit bellum de Donbar. [5] A. 1296. 30. Martii.

Anno etc. LXXXX. septimo bellum de Struelyn per G(uilelmum) Waleys [6] die sanctorum Proti et Iacincti. [7] A. 1297. 11. Septbr.

Anno etc. nonogesimo octauo in festo Magdalenae bellum Fawe capellae. [8] A. 1298. 22. Iulii.

Anno etc. CCC. secundo bellum de Yoslyn in festo beati Matthiae apostoli. [9] A. 1300. 24. Febr.

Anno etc. CCC. sexto, in die annunciationis [10] dominicae dominus Robertus de Bruys factus est rex Scotiae apud Sconam. A. 1306. 25. Martii

---

occisi sunt *Flor.* l. c. Coronationem Ricardi describunt *Roger. de Wend.* 3, 5 sqq. et *Rog. de Hoved.* p. 656 sqq.

[1] sexto] quinto *cod.*

[2] XIIII. Kł. April.] V. *Flor.* 2, 236; non XVII. Kł. Apr. ut alii uolunt.

[3] obiit] Anno Domini 1261. Alexander, rex Scotiae, Margaretam, filiam regis Henrici duxit in uxorem solemniter, sororem scilicet Edwardi ... Mortua tandem regina Margaretha, idem rex nouam sibi nuptam matrimonio copulauit, filiam scilicet comitis Flandriae (comitis de Drues *Flor.* l. c.); non tamen ex ea suscepit sobolem. Sed cum iam annis multis in multa mundi prosperitate regnasset, nescio quo tandem ductus spiritu, nocte quadam et obscura ualde nouam suam sponsam, ab eo per pauca miliaria distantem, inuisere properauit, sacro quidem et quadragesimali tempore; cumque in profundo noctis tempore cum paucis familiaribus suis graderetur, contigit, equo cespitante, assessorem quidem in terram allidi, et fracto ut dicitur collo, continuo expirauit *Walt. de Hemingb.* 2, 30. V. *Henr. de Knyghton* Twysd. col. 2468, 32. *Chron. Thomae Wikes* Gale 2, 113. *Matth. Westmonast.* (uersio C. D. Yongei 2, 486.)

[4] Berwic] V. *Walt. de Hemingb.* 2, 97 sq. et cf. tab. lith.

[5] bellum de Dunbar] V. *Walt. de Hemingb.* 2, 102 sqq.

[6] Waleys] V. *Walt. de Hemingb.* 2, 128 sq. 133.

[7] Iacincti] Walt. de Hemingb. notat IIII. Idus Septbr. i. e. 10. Septbr.

[8] Fawe capellae] Fawkyrk *W. de Hem.* 2, 179. Larie captle *cod.* V. tab. lith.

[9] Matthiae apostoli] V. *W. de Hem.* 2, 222.

[10] annunciationis] A. D. 1306. incipiente, Robertus de Brus, die Annunciationis beatae Mariae fecit se coronari in regem Scotiae apud Scone, praesentibus et consentientibus quatuor episcopis, quinque comitibus et populo terrae Uxor autem comitis de Bouchan, quae erat filia comitis de Fyth, cui de iure haereditario competit coronam apponere capiti noui regis, furtiue recessit a domino suo, adducens secum dextrarios domini sui, quos domi dimiserat, ut illud officium exerceret *Walt. de Hemingb.* 2, 247.

19. Iunii. Eodem anno in festo sanctorum Geruasii et Protasii[1] bellum de Methfeñ.[2]

A. 1308. 25. Dcbr. Anno etc. octauo, in die natali Domini, ad uesperam, captum fuit castrum de Forfar.[3]

A. 1312. Anno etc. duodecimo capta est uilla de Perth in crastino Epiphaniae.

A. 1313. 14. Martii. Anno etc. tertio decimo XI. Kł. Martii captum fuit castrum de Roxburg.

Anno eodem pridie Idus Martii captum fuit castrum de Edynburg.

A. 1314. 23. 24. Iunii. Anno etc. quartodecimo in uigilia et die beati Iohannis baptistae bellum de Banok.[4]

A. 1318. 9. Aprilis. Anno etc. octauo decimo V. Idus Aprił. capta fuit uilla de Berwic per Scotos.

A. 1355. 6. Noubr. Anno Domini etc. quinquagesimo quinto captio Berwic per Scottos VIII. Idus Nouembris.

Anno Domini etc. quinquagesimo quinto captio Beruic per regem Angliae.

---

[1] Geruasii et Protasii] V. *Walt. de Hemingb.* 2, 248 sq.

[2] Methfeñ] „Toward *Meffen* than can tha far" *The Brus* p. 36, 6. 37, 15. h. Methven.

[3] Forfar] fforfar *cod.*

„The castell of Forfar was then
Stuffit all with Inglismen"

The Brus p. 203, 17.

„Quhen that the castell of Forfar
And all the touris tumlit war"

The Brus p. 204, 1.

[4] Banok] proelium ad Bannockburn. *The Brus* p. 267 sqq. Bannockburn est nomen riui:

And Bannokburn betuix the brais
Of hors and men so chargit was
That apon drounit hors and men
Men micht pas dry atour it then.
. . . .
Bannokburn that so cummirsum was
Of slik and depnes for to pas
That thar micht nane atour it rid.

The Brus p. 306, 113 sqq.



DATE DUE

GAYLORD			PRINTED IN U.S.A.


BOSTON COLLEGE
3 9031 01213620 6